r ¶ Damno infecto.ʒ fortaſsis quando talis est iudex, qui non habet se intromittere de præterito damno. sed ſi haberet, fieret cautio de utroque. vel non spectat ad eum, nisi vt iuri seruiat: scilicet edicti, quod de futuro tantum dicit. sed fine hac glos. R. plausus est textus.

s ¶ Quas non defendit.ʒ hic igitur vbi damnum est factum, & datum, sibi de damno facto cauebit, & rudera tollet, aut carebit ędibus. Azo.

t ¶ Angustias.ʒ quæ debent fortè ei nocere si se angustiauerit: vt suprà ſi quis cau. l. ij. §. ſi quis tamen. Et quia circa hoc sunt diuersa iura, distingue: aut fuit ante pottulationem, aut post. ſi ante: aut fuit negligens, & tunc serua quod est suprà eodem, euenit. aut non, & tũc quod est suprà eodem, prætor. in fin. & l. sequent. & hic. Si post, aut ante decretum: & tunc serua quod est ℸ. eod. ſi finita. §. eleganter. aut post decretum, & tunc serua quod est ℸ. eo. l. cùm postulassem. & l. ſi finita. §. illud. & §. ſi iam ruerint.

v ¶ De ijs. ʒ suprà dictum est de damnis quæ dantur ab ædibus vicinis, hic de alijs damnis, quæ alio modo dantur.

x ¶ Autem.ʒ hæc dictio innuit aliud iuris: quod est verum: quia suprà cauetur de præterito: sed fallit in isto.

y ¶ Interdictum.ʒ de damno infecto: vel actio in factum.

z ¶ Dari posſit.ʒ repoſcenti delatæ.

a ¶ Interdictum.ʒ quod est suprà l. prætor. in fin. quod non placet: quia illud datur damnum passo: sed est, ne vis fiat ei exportare volenti: vt hic, & suprà ad exhib. thesaurus. non autem vti posſidetis, cùm possessionem amiserit: vt infrà de acquiren. poſſeſ. qui vniuersas. §. j. uersſ. item quod à mari.

b ¶ Damni infecti.ʒ de infecto ideo dicit, quia de præterito nõ tenentur domini prolapsarum rerum, secundum Trebatium, & Labeonem, & Alphenum, vt hic. & infrà proxi. §. licet secus sit in ædibus, quæ ceciderunt: vt ℸ. eadem l. in princi. & ideo ponitur suprà coniunctio aduersatiua, de his autẽ &c. & est ratio: quia dño vitiosæ domus imputatur, q̃ sua diligentia casum non præuidebat, quem imminere videbat: impetum verò fluminis quis præuidere non poterat. Neratius autem idem in vtrisque statuit: vt ℸ. eod. Neratius. vel loquitur

¶ Nam ponit aduersatiuè. not. Barto. in l. mariti. §. fi. ℸ. ad le. Iul. de adult. & l. trãsigere. C. de trãsa.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Neratius in speciali casu, qñ dominus potuit prævidere ligando nauem funibus, & alijs modis. & facit ff. si cer. peta. si quis nec. §. fi.

a ¶ Iudicium. § per officium iudicis. Accursius.
b ¶ Infecto. § aliàs infecto, aliàs iam facto: & prima bona.
c ¶ Petentur. § Interdicto ne uis fiat ei: ut suprà proximo.
d ¶ Ante sensi. § ante scisset iudicium accepisse: nam non pertinet ad iudicis officiũ: vt suprà de ædil. edic. l. ædiles. §. item sciendũ. Accursius.
e ¶ Non contineri. § secundum Alphenum, sed malè: vt infrà eodem §. Neratius. Azo. uel illud intellige ut dixi suprà §. proxi. Vel dic non contineri ut damnum æstimetur: sed debet iubere de eo caueri: & sic non obstat Neratius secũdum Ioan. Al. & V.
f ¶ Actionem. § id est interdictum ne uis fiat.
g ¶ Omnia. § ut & suprà, l. prætor. §. vnde quæritur.
h. ¶ Vendicari à te. § aliàs ea, aliàs à te. & facit infrà de acquirendo rerum dom. sed si ex tabulis meis. §. arbor. & l. adeò. §. j. & institu. de rerum diu. §. præterea. quod per alluuionem. & dixi suprà, de rei uend. si frumentum, aliàs Pomp. scribit, si frumentum. §. de arbore.
i ¶ Neratius autem. § habuimus suprà, de duplici damno, scilicet ædium: & de damno facto per uim fluminis, & de tertio, scilicet dato per cruſtam: sequitur de quarto modo dandi damnum. Accursius.
k ¶ Scribit. § contra dicens Alpheno secundum Azo. Vel aliter ut dixi in §. Alphenus. Accursius.
l ¶ Tibi. § agenti interdicto, ne uis fiat tibi.
m ¶ Caueris. § per officium solum, non ex edicto: vt suprà eodẽ, prætor. §. hoc edictũ. & facit infrà, de incen. l. ratis, & suprà ad exhiben. l. Celsius. §. sed si ratis. & argum. infrà tit. j. quanquam. §. j.
n ¶ Quæritum est. § Suprà dictum est quòd si ille à quo petitur cautio, sit dominus: tenetur promittere. si non sit dominus, satisdare. Circa prædicta formatur talis quæstio: si solùm &c.
o ¶ Dominum. § scilicet soli,
p ¶ De soli & ædificij vitio. § simul. sed & de singulis per se tenetur, nisi in casibus infra eodem fluminum. §. fina. & §. vicinum. & §. sequent. Azo. & facit l. fluminum. in principio. & l. si finita. §. notandum.
q ¶ De utroque. § si nomine domini absentis, à quo petitur cautio, uelit cauere. si uerò à superficiario peteretur quòd suo nomine conueniretur, repromitteret: vt infrà eod. qui bona. §. j. Azo. & l. damni infecti. § utrum. quæ sunt contra. vel solue secundum R. vt dicam in dicta l. qui bona. §. j. Azo.
r ¶ Vicinum. § qui postulat sibi caueri.
s ¶ Mittendum esse. § ex primo decreto: ex secundo uerò non iubetur possidere ex contumacia superficiarij, sicut nec ex fructuarij, uel creditoris contumacia, uel emphyteutæ: sed suo iure carebit: ut infrà eodem. si finita. §. item quæritur. & §. si de uectigalibus. & infrà proximo §.

¶ Et ratio est quia superficiarius dicit naturaliter possidere. Ita not. gl. in l. ij. uers. non ambigitur. C. de rei uendic. Bart. in l. si duo. §. cæterũ. ff. uti possid. & Spe. in tit. de loca. §. vj. uers. 46.

fundo tuo cruſta lapſa ſit in meum fundum, eamque petas, dandum in te iudicium [a] de damno infecto [b], idq; Labeo probat. nam arbitrio iudicis, apud quem res prolapſæ petentur [c], damnum, quod antè ſenſi [d], non contineri [e]: nec aliter dandam actionem [f], quàm vt omnia [g] tollantur, quæ ſint prolapſa. Ita demum aũt cruſtam vendicari poſſe, idem Alphenus ait, ſi non coaluerit, nec vnitatem cum terra mea fecerit. * Nec arbor poteſt vendicari [h] à te, * quæ tranſlata in agrum meum, cum terra mea coaluerit. Sed nec ego potero tecum agere, ius tibi non eſſe ita cruſtam habere, ſi iam cum terra mea coaluerit, quia mea facta eſt.

¶ Neratius autem [i] ſcribit [k], Si ratis in agrum meum vi fluminis delata ſit, non aliter tibi [l] tollendi poteſtatem faciendam, quàm ſi de prætorio quoque damno mihi caueris [m].

¶ *Superficiarius tenetur ſatisdare, dominus verò promittere. Bart.*

¶ Quæſitum eſt [n], ſi ſolum alterius ſit, & ſuperficies alterius, ſuperficiarius vtrum repromittere dãni infecti, an ſatisdare debeat? Et Iulianus ſcribit, quoties ſuperficiaria inſula vitioſa eſt, dũm [o] eius abũdat & ꝺ ſoli & ꝺ e ædificijs vitio [p] repromittere: aut eum, ad quẽ ſuperficies pertinet, de vtroque [q] ſatisdare [†]. Quòd ſi vterq; ceſſet, vicinũ [r] in poſſeſſionem mittendum eſſe [s].

¶ *Proprietarius tenetur repromittere tantũm de toto damno, licet alius habeat vſum fructum: ſed uſufructuarius tenetur ſatisdare de toto damno tam pro iure ſuo, quàm pro iure proprietarij, & eius procuratorio nomine. P.*

r ¶ Celſus. § in iſto §. cùm l. ſeq. ponitur caſus ſimilis ſuperiori. Idẽ enim in fructuario dicit quod in ſuperficiario dixit: & ideo cõtraria ibi ſignata. j. eod. qui bona. §. j. & l. damni. §. utrum. ſigna hic eodem modo: & ſolue, ut modò dixi.

s ¶ Cauendum. § Titia non ſatisdante.

¶ Celſus [t] † rectè ſcribit, Si ædiũ tuarum vſusfructus Titiæ eſt, damni infecti † dominum repromittere, aut Titiam ſatisdare debere. Quòd ſi in poſſeſſionẽ miſſus fuerit is, cui damni infecti cauendũ [u] fuit, Titiam vti frui [x] prohibebit. Idem ait, eum quoq; fructuarium, qui nõ reficit [y], à domino vti frui prohibendum. Ergo [z] & ſi de dãno infecto non cauet, dominus q; compulſus eſt repromittere, prohiberi debet † [a] frui.

¶ *Primò ponit quid debeat fieri proprietario vel fructuario non cauenti. Secũdò, qualiter ſuccurritur proprietario cauenti contra vſufructuarium. Tertiò, qualiter vſufructuario contra proprietarium. Barto. Nam ſi proprietarius non repromittat, vel fructuarius non caueat, mittitur petens in poſſeſſionem. Item ſi uſufructuarius non caueat proprietario qui repromiſit, repellitur ab uſufructu. Item, ſi fructuarius aliquid præſtitit pro vitio rei, proprietarius tenetur ei conferre: aliàs res remanebit apud fructuarium iure dominij.*

¶ † Paulus. LEX X.

QVamuis alienus vſusfructus ſit, dominum † repromittere oportere Caſsius ait. Et niſi proprietarius in totum repromittat, vel fructuarius ſatisdet, mitti oportet [b] eum in poſſeſſionẽ, cui non † caueat. Sed niſi proprietario repromittẽti † fructuarius caueat, denegandam [c] ei fructus petitionem, Iulianus ſcribit. Sed † ſi fructuarius de ſoli vitio quid præſtiterit [d], ius dominij ad eum [e] transferri oportet [f].

¶ *Pignoratitius creditor cogitur ſatisdare: & etiam ei debet cauere de damno infecto. Et iuſſus poſſidere propter cautionem non præſtitam, potior eſt pignoratitio creditore, hoc dicit, cùm l. ſeq. Imo.*

¶ Vlpia. li. liij. ad edictum. LEX XI.

QVid de creditore dicemus, qui pignus accepit: vtrum

x ¶ Vti frui prohibebit. § j. l. proxi. & infrà eodem. ſi finita. §. item quæritur. & ſuprà de noxa. ſi ex duobus. §. ſi plures. & §. eodem, ſi proprietarius. Accurſius.
y ¶ Non reficit. § Cùm ad eum pertinet refectio: quia modica erat. nam ſi ad eum nõ pertineret, & dominus refeciſſet: non poſſet fructuarium prohibere uti: ut ff. de uſufruc. l. uſufructu legato. §. fin. & l. hactenus. & j. e. ſi finita. §. ſi quis damni. & C. de uſufructu eum.
z ¶ Ergo. § locus à pari. nam ſicut onus refectionis, ita & onus cautionis ad eum pertinet. Accurſius.
a ¶ Debet. § 1. poteſt. ſic j. an per alium cauſſa appel. l. ſi.

QVamuis. § CASVS. Titius habet proprietatem, Seius uſumfructum domus: ſi domus iſta minatur ruinam, & uicinus poſtulet ſibi caueri: ſi petat à proprietario, debet inſolidum cauere. Idem ſi petat à fructuario. Nam debet inſolidum ſatisdare: & niſi ſic fiat, mittetur uicinus in poſſeſſionem. Secundò dicit, pone, q; proprietarius promiſit de damno infecto: debet fructuarius cauere ei: & niſi faciat, debet ei denegari uſusfructus. Tertiò dicit, q; fructuarius ſatisfecit uicino: & cùm domus dediſſet damnum, emendauit fructuarius inſolidum, ſi proprietarius ei non conferat, debet fructuarius mitti in poſſeſſionẽ proprietatis: & ex decreto ſecundo erit dominus. Fr. Acc.

b ¶ Mitti oportet. § in totum utroque contumace exiſtente: ſed ſi altero, tunc in eius iure: ut not. ff. l. proxi. §. quæritur.
c ¶ Denegandam. § qui non laborat, non manducetur: ut ff. de noxa. l. ſi ex duobus. §. fin.
d ¶ Præſtiterit. § ex ſatisdatione præſtitus contentus.
e ¶ Ad eum. § ſcilicet fructuarium. Accurſius.
f ¶ Oportet. § ex ſecundo decreto: primum tamen præcedere oportet. & hoc ſi dominus ei non conferat: ut j. eodem. ſi proprietarius. Sed quomodo confert, cùm ſit finitus uſusfru. interitu rei: ut inſtitu. de uſufru. §. penultimo? Reſpon. non tota perijt uel ruit, ſed pars.

QVid de creditore. § CASVS. Si Titius habet domum ſibi obligatam, & illa domus minatur ruinam, & petat uicinus à Titio ſibi caueri de damno infecto: quæritur, an Titius debeat ſatisdare, & promittere abſque fideiuſſoribus? & non reſpondet: tu tñ reſpondeas, & dicas, quòd debet ſatisdare. Secundò dicit econtrà: pone quòd Titius petat à uicino qui habet dõmum ruinoſam, ſibi caueri, cum timeat damnum in domo quam habet pignori: nũquid audiatur? & certè Marcellus dixit, quòd non auditur: & ſi caueretur, inutiliter caueretur. Idem dicebat & in eo, qui emit domum à non domino, ut non ſit ei cauendum: attamen Vlpianus corrigit dicens, q; creditori

† Ceſtè.

† Ate.

† Vti frui.

† Aliàs Caius lib. 48.
† Promittere.

† alias non cauetur.
† Vſusfructuarius.

† Fructuarius de ſuo quid præſtiterit.

creditori eſt cauendum. Franc. Accurſius.

a ¶ Debebit. § huic quæſtioni non reſpondet hìc: ſed dic, quòd debet ſatisdare: ut j. eo. l. ſi finita. §. ſi qua. & §. ſeq. illud tamen intellige, ut not. ff. eo. l. hoc amplius. §. quæſitum.
b ¶ Latere. § aliàs genere: & aliàs latere.
c ¶ Ait Marcellus. § & malè.
d ¶ Cauendum. § id eſt dicendum.
e ¶ Committi ſtipulationem. § ait Marcellus, & malè.
f ¶ Creditori. § etiam re ſibi nõ tradita: quia ex nudo pacto habet ac. hyp. ut ff. de pac. l. ſi tibi. §. de pignore. & argu. j. de fur. l. ſi is qui, rem. in princi. ſed ſecus in emptore ante traditionem: argu. j. de fur. l. eum qui. in princ. ſed pòſt cauetur ei, ſecundum Azo. licet uideatur contra. j. eo. qui bona. §. ſed ei qui. ſed ibi expones.
g ¶ Per ſtipulationem. § ff. cum ſatisda. uel ſine, ex parte promittentis: ut diſtinguitur. ff. eodem, l. prætor. j. reſpon.

HIS. § CASVS. Si domus eſt Titio obligata, & illa domus minatur ruinam, & ego uicinus petij cauerì de damno infecto, & nemine uolẽte cauere miſſus ſum in poſſeſſionẽ ammodò ſum potior in poſſeſſione, quã Titius: & reddit rationem, ſi, id eſt quia poſſidere. Fran. Accur.

h ¶ His. § aliàs his: aliàs eis. caſus ablatiuus.
i ¶ Qui. § Iſta habet duplicem literam: aliàs eo qui pignori &c. & tunc eſt plana. aliàs his, & tunc eſt ablatiuus pluralis, & dic tunc acceperint, id eſt acceperunt.
k ¶ Acceperunt. § ex conuentione.
l ¶ Si poſsidere. § ſi, id eſt, quia. M.
m ¶ Permiſſum fuerit. § hoc uerum ſi aliquid poteſt creditori imputari: ut ff. de noxa. act. l. ſi noxale. in princ. & j. eo. ſi finita. §. ſi qua. & §. item quæritur: aliàs ſecus: ut j. eo. eorum. in princ. & ff. ſi ex noxa. cauaga. l. ij. §. ſi. ſecundum Azo. uel ſecundum H. licet nil poſsit imputari: tamen ipſe erit potior: ut C. ſi aduer. cre. l. j. & dices j. eod. cum poſtulaſſem. §. j. Azo.

ADDITIO. Quærit hìc Bart. de ueritate iſtarum duarum opinionum: & reſponde quòd, aut loqueris ante præſcriptionem completam: & tunc eſt uera opinio Azo. aut poſt præſcriptionem completam: & tunc opinio Hug. eſt uera.

QVi bona fide. § CASVS Titius emit domum à te non domino bona fide, hæc domus minatur ruinã: peto mihi ſatisdari à Titio: quæritur, an debet ſatisdare uel cauere? dicitur, q; Titius debet cauere abſque fideiuſſore: ſuo enim nomine tunc præſtat. ¶ Siue corporis. § Dicitur, q; ſi petat cautio damni infecti à dño domus ruinoſæ, debet cauere abſque fideiuſſore. idem ſi petatur ab eo, qui habet ſeruit. in illa domo. nam debet cauere abſque fideiuſſore, quia ſuo nomine facit. ¶ Cùm inter. § Inter domum ruinoſam, & meam erat domus Titij in medio: quæritur, quis debeat mihi cauere de damno infecto? & certè, tam dñs domus ruinoſæ quàm etiam Titius: & reddit rationem. ¶ Qui damni. § Si aliquis petit ſibi caueri de dãno infecto: debet prius iurare, q; non animo calumniandi petat. item licet uerba prætoris non dicant ſit inſpiciendum, an interſit ſua, an nõ: & cui cauendum ſit, cui non: tamen hoc totũ debet inſpicere iudex, coram quo petitur caueri. ¶ De illo. § Locaui tibi domum, illa minatur ruinam. quæritur, an debeam tibi cauere? Et dr, q; non: & reddit rationem. ¶ Si quis. § duo dicit. Primò ſi quis ædificauit domũ iuxta monumentũ, & illicitè: quia non dimiſit ſpatium inter domũ & monumentum lege cõprehenſum, nõ debet ſibi caueri de dãno infecto. Secundò dicit, ſi aliquis paſſus eſt iuxta domũ ſuam fieri monumentum non ſeruato ſpatio lege comprehenſo: & tandẽ poſtea petat ſibi caueri, non audiſ. Tertiò dicit, quidam habet monumentum: propè illud monumentum Titius habet domum, & licitè: domus minatur ruinam, nunquid cauendũ eſt domino monumenti? Dicitur q; ſic. ¶ Et ſuperficiarium. § Dicitur q; ſuperficiarius & fructuarius poſſunt ſtipulari de damno infecto. Secundò dicit, Titius emit domum à non domino, petit ſibi caueri de damno infecto: an audiatur, quæritur?

Pignoratitia.

Et dicitur, quòd ſic. ¶ Si quis opus. § Cùm ædificarem domum, nuntiaſti mihi nouum opus: tandem cùm timeres ne domus iſta caderet ſuprà tuam: petebas tibi caueri de damno infecto, an audiaris: quæritur. Et dicitur quòd ſic: & hoc probat per duo ſimilia.

¶ Si quis quia. § Titius habebat domum ruinoſam inxta meam: & quia non cauit mihi, miſſus ſum in poſſeſſionem. tandem cùm ipſe Titius haberet aliam domum ſanam iuxta iſtam, petijt à me ut ſibi cauerem de damno ifecto nomine iſtius domus ruinoſæ, in cuius poſſeſſ. miſſus eram: quæritur an debeam cauere. Et dicitur q; non, & reddit rationem.

¶ Si quis ſtipulatur. § Cùm uelles mihi promittere de damno infecto, iuraui me animo calumniandi nõ petere iſtam cautionẽ tandem diſtuliſti promittere: poſtea ex interuallo peto caueri: an iterum debeo iurare? & dicitur quòd ſic, & reddit rationem.

¶ Si alieno. § Si peto nomine alieno, puta Titij, mihi caueri de damno infecto, debeo iurare non calumniæ cauſſa poſtulaturum fuiſſe eum, cuius nomine peto: prædicta ſunt uera, quando ille, cuius nomine peto, debet iurare, ſi & ipſe poteret. ſi autem non: ut quia erat patronus, uel parens: tunc nec ego qui eius nomine poſtulo. ¶ Huic ſtipulationi. § In promiſsione quam quis facit de damno infecto, debet contineri dies certa, intra quam ſi damnum detur, debeat emendari: & ea dies debet ſtatui arbitrio iudicis, coram quo petitur caueri: & iudex debebit uidere, an iſſud opus quod minatur ruinam, ſit antiquum, & ſit magnum, ut ſic ſit credibile, quòd citò cadat: & ſic paucos dies faciat apponi, & ſi intra iſtos dies poſitos in ſtipulatione non ceciderit, poterit iudex de nouo iterum facere caueri. ſi autem ſtipulatio fuit facta ſine die: tunc ſi uoluntate partium hoc factũ eſt, ualet: & quandocunque domus cadet, tenebitur promiſſor. ſi uerò per errorem, tunc ualebit ſtipulatio uſque ad eam diem, intra quam ſolitum erat caueri. & hoc dicit hic §. cum l. ſequen. & princip. ſequ. Fran. Accurſius.

Ff dicitur, quòd ſic. ¶ Si quis opus. § Cùm ædificarem domum, nuntiaſti mihi nouum opus: tandem cùm timeres ne domus iſta caderet ſuprà tuam: petebas tibi caueri de damno infecto, an audiaris: quæritur. Et dicitur quòd ſic: & hoc probat per duo ſimilia.

¶ Si quis quia. § Titius habebat domum ruinoſam inxta meam: & quia non cauit mihi, miſſus ſum in poſſeſſionem. tandem cùm ipſe Titius haberet aliam domum ſanam iuxta iſtam, petijt à me ut ſibi cauerem de damno ifecto nomine iſtius domus ruinoſæ, in cuius poſſeſſ. miſſus eram: quæritur an debeam cauere. Et dicitur q; non, & reddit rationem.

¶ Si quis ſtipulatur. § Cùm uelles mihi promittere de damno infecto, iuraui me animo calumniandi nõ petere iſtam cautionẽ tandem diſtuliſti promittere: poſtea ex interuallo peto caueri: an iterum debeo iurare? & dicitur quòd ſic, & reddit rationem.

¶ Si alieno. § Si peto nomine alieno, puta Titij, mihi caueri de damno infecto, debeo iurare non calumniæ cauſſa poſtulaturum fuiſſe eum, cuius nomine peto: prædicta ſunt uera, quando ille, cuius nomine peto, debet iurare, ſi & ipſe poteret. ſi autem non: ut quia erat patronus, uel parens: tunc nec ego qui eius nomine poſtulo. ¶ Huic ſtipulationi. § In promiſsione quam quis facit de damno infecto, debet contineri dies certa, intra quam ſi damnum detur, debeat emendari: & ea dies debet ſtatui arbitrio iudicis, coram quo petitur caueri: & iudex debebit uidere, an iſſud opus quod minatur ruinam, ſit antiquum, & ſit magnum, ut ſic ſit credibile, quòd citò cadat: & ſic paucos dies faciat apponi, & ſi intra iſtos dies poſitos in ſtipulatione non ceciderit, poterit iudex de nouo iterum facere caueri. ſi autem ſtipulatio fuit facta ſine die: tunc ſi uoluntate partium hoc factũ eſt, ualet: & quandocunque domus cadet, tenebitur promiſſor. ſi uerò per errorem, tunc ualebit ſtipulatio uſque ad eam diem, intra quam ſolitum erat caueri. & hoc dicit hic §. cum l. ſequen. & princip. ſequ. Fran. Accurſius.

autem rationem, vt magis repromittat, quàm ſatisdet: ſuo enim nomine id facit.

¶ *Etiam habens ſeruitutem uel aliud ius in re, pro illo iure ſufficit, quòd repromittat. Paul. de Caſtro.*

¶ Siue corporis [o] dominus, ſiue is, qui ius habet, vtputà ſeruitutẽ, de damno infecto caueat, puto eũ repromittere debere, non ſatisdare [p]: quia ſuo nomine [q] id facit, non alieno.

¶ *Si præſens ſtatus rei tendit ad aliud, inſpicitur quod euenire poteſt. Bart. Vel clarius ſecundum Imo. Etiã dominus domus ruinoſæ cauere tenetur, ſi mediatibus ruinoſis poteſt domus ſua damnum inferre.*

¶ Cùm inter ædes meas [r] & tuas [s] ſint aliæ [t] ædes nõ uitioſæ, videdum eſt vtrum tu ſolus [u] mihi cauere [x] debeas: an verò & is, cuius ædes non uitioſæ ſunt: an ille ſolus, an ambo? Et magis eſt, ut ambo cauere debeant: quia fieri poteſt, vt ædes uitioſæ in ædes non uitioſas incidentes, dãnum mihi dent [y]: quãuis poſsit q; dicere [z],

n ¶ Videtur. § ut repromittat. eſt enim loco domini. ff. ut C. de furt. apud antiquos. ſed econtrà non ſic ut j. ea. l. §. & ſuperficiarium.
o ¶ Siue corporis. § id eſt ſoli.
p ¶ Non ſatisdare. § imò ſatisdat: ut ſuprà codẽ, l. hoc amplius. §. quæſitum. & §. Celſus. & l. quamuis. quæ ſunt contra. Sol. ſecundũ R. largiter refert ſeruitutem, uel ius rei an perſonæ quis habeat: ſicut & in oper. no. nun. nam fructuarius ſuo nomine non nuntiat: q; non negatur ei, qui prædij urbani ſeruitutem habet: ut ff. de oper. no. nun. l. j. §. fi. & l. in pronincia. §. pe. & l. de pupillo. §. ſextus. & ſic creditor ſatisdat: quia perſonalem ſeruitutem habet: & ideo ſatisfiat, ſecundum R. ut ff. eo. l. quid de creditore. & eſt ratio: quia reales, perpetuæ: perſonales, parum duraturæ: ut arg. j. eo damni. §. utrum. ſed ſolue ut dixi in l. hoc amplius. §. quæſitum.
q ¶ Suo nomine. § id eſt ad ſuam commoditatem. ſic j. quando appareſit. l. prima. §. in propria. poteſt tñ etiam is, qui ſuo commodo aliquid facit, dici facere alieno, id eſt propter alterius contractum, uel delictum: ut ſuprà de his qui not. infa. l. furti. §. ſi quis alieno. eõtra qui ſuo nomine facit, fingitur facere alieno: ut ff. de procura. non ſolùm. §. ſed interdum.
r ¶ Cùm inter ædes meas. § non uitioſas.
s ¶ Et tuas. § uitioſas.
t ¶ Aliæ. § cuiuſdam tertij,
u ¶ Solus. § aliquid ſuperfluit, niſi repetas: item uidendum, utrũ ille ſolus, cuius ædes mihi proximæ non uitioſæ ſunt, cauere debeat, an ipſe cum alio, ſecundum R.
x ¶ Cauere. § ſcilicet mihi.
y ¶ Dent. § f. mediæ: & ſic eſt ratio ad medias, & hoc reſpicit quamuis &c. uel dic, dent, ſ. uitioſæ per obliquum.
z ¶ Quamuis poſſet quis dicere. § quid ad rhombum? reſpon. iuriſcon. & ſi dormientes non intelligant, uigilantes tamen intelligent: quia ſibi proſpicere &c.

Concor. text. in cagrauis. extrà de reſtiſpo. & in l. qui ſcit. §. ff. de uſu. not. Bal. in l. fin. colu. j. uerſicu. ſed Bart. dicit q; etiã. C. de uſucapro dote.

Universidad de Deusto
Biblioteca

z ¶ Aliæ. ʒ eiusdem tertij.
a ¶ Aedes. ʒ scilicet incolumes.
e ¶ Conuenietur. ʒ dominus mediarum. q. d. quia culpa præcessit casum, ideo tenetur: ut ʒ. commo. si ut certo. §. sed interdum. aliàs nõ tenetur: ut ʃ. co. l. fluminum. §. hæc stipulatio. & ʒ. loca. sed de damno.

uel quia etiã suæ ædes uidetur dare damnum: quia propter sui debilitatem alias non potuerunt sustinere: quæ ratio secunda non placet. Sed in quo conuenitur quando fuit in culpa? Respon. ex cautione si eam præstiterat, uel ad eam præstãdam, si non est præstita: ut hic dicit. Vel secundũ alios, id est quia medius conuenitur per except. oppositam ab eo, cuius ædes fuere uitiosæ: quia non tenetur: ut ʒ. eo. euenit. & est simile conuenitur. ʒ. de pact. l. tale. uel à uicino conuenitur, id est ab eo, qui damnũ passus est, cùm eius damni causam præstat. quę duæ non placent. & facit ʒ. ad l. Aquil. l. idem iuris. §. mulionem. Sed argumen. contra. ʃ. ne quid in loco publi. l. ij. §. idem Labeo. & §. plane. & supra ad legem Aquil. si ex plagiarijs. §. in cliuo.

ADDITIO. Dic secundum Bartol. post Dy. q. ibi in illis, non deprehenditur culpa: quia noñ potuit prouidere: ideo denegatur actio. hic secus: ideo conceditur: ut not. in d. §. in cliuo.

d ¶ Qui damni. ʒ quicquid ab illo §. quæsitum, usque huc dictum est: dictum est ad expositionem illorum ũerborum, prætor ait damni infecti suo nomine promitti, alienoue satisdari: modò incipit exponere sequentem clausulam. Accursius.

e ¶ Prius. ʒ quàm uicinus cogatur cauere de damno infecto.

f ¶ Iurare debet. ʒ sic supra tit. j. de pupillo. §. qui opus. & ʒ. de edẽ. si quis. §. exigitur. & C. de iura. calum. l. j. & ʃ. de acti. & oblig. l. actionis uerbo. Accursius.

g ¶ Ergo. ʒ infert à genere in speciem.

h ¶ Et non inquiretur. ʒ f. uerbis prætoris inspectis: ut ʒ. eo. l. prætoris. in prin. prætoris tamen officium supplet, quod in eis minus plenè dictum est: ut subijcit, totum tamen hoc &c.

i ¶ Cæterùm. ʒ pro certè.

k ¶ Eorum. ʒ scilicet uicinorum.

l ¶ Vxoribus. ʒ quæ habent ibi res, in quibus possunt damnũ pati.

m ¶ Posit. ʒ id est debeat. sic ʒ. de mino. cum qui. §. fi. & econtrà de Let. pro põt, ponitur quandoq; ut ʒ. tit. j. l. non solùm. §. j. & dixi. ʒ. de offic. proconsul. l. obseruare. §. fi. & dic, quòd hic domus conducta minabatur ruinam. unde conductor timebat, damnũ, quia non poterat habitare: & in rebus quæ intus erant: ut ʃ. eo. tit. inquilino. Si autẽ in alijs ædibus suis uicinis timeat conductor, cauetur ei: ut ʃ. eo. damni. §. ei cuius. in fi. §. ité si timeat ab alia domo locatoris, in domũ cõductam ruinam minaturam, nunquid cauetur? fortè sic: arg. ʒ. proxi. §. sed contra dicas: ut ʒ. eo. inquilino. & l. seq. à uicinis autem constat in quilino cauerì: ut ʒ. proxi. & ʃ. eo. si filius.

n ¶ Inciderunt. ʒ postquam conduxerunt.

o ¶ Ex conducto. ʒ ut liceat migrare remissa pensione pro rata: ut infrà eo. inquilino. & l. sequen. & ʒ. locati. l. habitatores. §. fi. & l. seq. uel ad hoc ut reficiat. ʒ. loca. & cõduc. l. ex conducto. & no. hic in subsidium hanc cautionẽ interponi: ut hic, & ʃ. e. damni. § . ei qui in conducto. & l. si ædibus. in fi. sic & in ope. no. nunt. ut ʒ tit. j. l. in prouinciali. §. planè. Sed arg. contra. ʃ. e. l. §. fi quis opus. sed ibi solues: uel solues ut in d. l. inquilino. ʃ. e. & facit ad totum ʃ. ut in posses. leg. si is à quo. §. fin. & l. sequen. Accursius.

Damni infecti cautio in subsidium interponitur.

p ¶ Aedificauerit. ʒ domum puta: & dic illicitè, non seruando spatium lege comprehensum: ut supra, finium regundorum. l. fina. & C. de ædi. priui. l. mœniana. Alij dicunt quòd iuxta alterius domum fiebat sepulchrum. & dicunt, si quis iuxta scilicet ædificium alterius &c. & sic non cauebitur domino monumenti. Sed secundum primum, dominus monumenti nõ cauet. sed prima placet.

Iste. §. habet unũ casum, quomodo ei qui sui culpa damnum timet, hæc cautio nõ præstatur. Bar. Et hoc dicit: Cui imputari potest culpa ædificy iam constructi, non præstatur cautio damni infecti. Imo.

¶ Si quis iuxta monumentum † ędificauerit P, uel iuxta ędificium suum monumentũ fieri passus sit, de damno infecto ei posteà cauendum non erit q: quia rem illicitã admisit r. aliàs autẽ, si monumento ædificium noceat, in quo nihil sit, quod imputari possit ei, ad quẽ ius monumenti pertinet, cauẽdum est ei, ad quem ius monumenti pertinet.

†Inędificauerit.

Superficiarius & usufructuarius possunt petere sibi caueri. sed bonæ fidei possessor etiam cum titulo non potest petere à domino, sed ab alio sic Paul.

¶ Et superficiarium s, & fructuarium, damni infecti stipulari utiliter hodie constat: sed ei, qui bona fide à nõ domino emit, damni infecti stipulationem nõ competere t, Marcellus ait u.

Hoc remedium non tollitur per aliud auxilium extraordinarium, uel etiam ordinarium quod competit ad diuersa. Bar.

¶ Si quis opus nouũ nũtiauerit, an nihilominus ei dãni infecti caueri debeat x, Iulianus tractat: & magis probat caueri oportere y, nã & ei z, qui egerit a, ius aduersario non esse altiùs tollere ædificiũ, cauerì debere. Item eũ b, aduersus quẽ iterdictũ, Quod vi aut clam, cõpetit c, cauere d dꝛe, Iulianus ait: a quia non est cautum, neque de uitio ædium, b neque de damno operis.

Bonæ fidei possessor cauet, & ei non cauetur.

Prætoris auxiliũ cũ alio competit. & Auxilium extraordinariũ per ordinẽ tollitẽ, bo. est tex. in l. in causę. in princ. ʃ. de min. qđ est uerum si per ordinarium est Iulianus

dominum, ut pote, cùm causam à domino non habeat: & ideo contra eum non defenditur sed contra alios sic: ut ʒ. de publi. l. penu. t. & fin. & l. j. sed secus in alijs, id est fructuario, & superficiario: ut supra. si fin. & l. j. sed secus in alijs, id est fructuario, & superficiario: ut supra. si ager uect. l. j. & l. sequen. & sic est soluta quæstio cur cauet bonæ fidei possessor: ut ʒ. eod. l. j. in prin. & non ei cauetur. Item potest respondẽri: quia quilibet possessor cauet: sed non cuilibet petenti cauetur: ut multis patet exemplis. ʒ. & ʃ.

v ¶ Marcellus ait. ʒ de rigore.

x ¶ Debeat. ʒ Ab eo cui opus nouum nuntiatum est. M. uidebatur enim cautio superflua, cùm nuntiationis superfit auxilium. R.

y ¶ Oportere. ʒ hoc autem probat à simili per duo argum. & hoc dicit, nam & ei, &c. Accursius.

z ¶ Nã & ei. ʒ scilicet caueri debet, subaudi, si non habes in text. de damno infecto.

a ¶ Qui egerit. ʒ f. confessoria. & ad aliud unũ, & ad aliud aliud datur auxilium. sed R. dixit, subaudi, pro opere demoliendo.

b ¶ Item eum. ʒ si habes item eum &c. bene est, aliàs subaudi.

c ¶ Competit. ʒ quia fecit opus sciens se prohibendum. nam de prohibitio dixit primo respon.

d ¶ Cauere. ʒ scilicet de damno infecto: & sic unum prætoris auxilium cum alio competit: sicut unum extraordinarium non excludit aliud extraordinarium: ut patet in pecore incluso, ubi datur utilis Aquil. ut C. ad l. Aquil. de pecoribus. & in factum: ut ʒ. ad l. Aquil. Aquil. ut C. ad l. Aquil. de pecoribus. & in factum: ut ʒ. ad l. Aquil. quemadmodum. §. magistratus. sed ordinarium uel ciuile tollit extra ordinarium: 1 ut supra, eod. §. de illo. quæ est contra. & supra de mino. in causæ. sed R. dixit hic caueri de destruendo opere. his uerbis non exigitur hæc cautio ne altius ædificetur: quia timeatur ruina, ædium altius sublatarum: uel quia prohibitor loci dominium suum in quo ædificatur afferat. Sed ista exigitur cautio, ut opus quod factũ erit, restituatur, ut sic luminum seu prospectus seruitus ab ipsis domibus altius ædificatis debita non impediatur. sed prima expositio plus tior est. Accursius.

Iulianus ait: a quia non est cautum, neque de uitio ædium, b neque de damno operis.

Ei contra quem est facta missio in possessionem, tanquam contra non cauentem, hæc cautio ipsarum ædium nomine non præstatur. Bart.

¶ Si quis, quia sibi non cauebatur, in possessionẽ ędium c missus fuerit, deinde is, cuius ædes d fuerunt, cũ præter eas, e alias ædes f haberet, desideret ab eo, qui in possessionẽ missus est, ut sibi damni infecti harum ædium g nomine, quarum in possessionem missus est, caueret, an sit audiendus, uideamus. Et Iulianus scribit, h is qui uitiosis ædibus cesserit, si integras retinuerit, nunquid improbè i ab eo, qui uitiosas ædes cępe rit possidere, cautionem exegerit, cùm ideo possessionem amiserit, quia ipse damni infecti satis non dederit? Et sanè parum probè postulat ab eo caueri sibi earũ ædium nomine, quarum ipse k cauere supersederit. quæ sententia uera est.

Qui petit sibi caueri, debet iterum iurare de calumnia: licet primũ iuranit in alia instantia, quæ apparet finita. Barto.

¶ Si quis stipulaturus l iurauerit, m nec fuerit stipulatus, an posteà ei stipulari uolenti iurandũ n sit, uideamus. Et puto, iterum iurandum: quia possit fieri, ut uel tunc uel modò o calumnietur.

a ¶ Iulianus ait. ʒ quærendo & soluendo.

b ¶ De uitio ædium. ʒ q. d. licet habeat interdictũ de ope. no. nunc. uel quod ui aut clam, uel confessoriam, non tamen est cautum de dãno: quia illa auxilia ad demoliendum competunt, uel ut patiatur seruitute uti. hæc autem cautio ad damnum sarciendum, si opus factum à uicino uitio totarum ædium, uel etiã uitio operis cadat in domum meam. & per hoc apparet quòd superior. §. de illo. non est contra. quia ibi satis uicino est, cautum de damno per actionem ex conducto: sed hic per alia auxilia non est ei cautum: & ideo ad hanc cautionem decurritur: licet & aliter modò notaui. Sed R. hic exponit. i. neque ædiũ uicini, neque ædium domini nomine: sed potius seruitutis causa, quam ædes debent? postulatur hic cautio. & concordat ad duo prima dicta infrà, de reg. iur. l. non solet deterior.

c ¶ In possessionem ædium. ʒ ex primo, uel ex secundo decreto, licet secus esset aduersus extraneum: ut ʃ. eod. fi finita. §. q si iam prior.

d ¶ Aedes. ʒ uitiosas. M.

e ¶ Præter eas. ʒ aliàs præter eas. aliàs præterea.

f ¶ Aliàs ædes. ʒ non uitiosas. Accur.

g ¶ Aedium. ʒ uitiosarum.

h ¶ Scribit. ʒ f. quærẽdo & soluendo. Azo.

i ¶ Improbè. ʒ aliàs improbe. & aliàs impunè. & improbè id est malè.

k ¶ Quarum ipse. ʒ f. aliarum potest: ut inf. e. l. damni infecti. §. fi uicinas. quæ est contra: & est ratio: quia in eo in quo deliquit, puniri debet: ut ʒ. de his qui. ut indig. l. rescriptum. & ʒ. pro soc. l. actione. §. diximus. & sic potest intelligi. ʒ. de compen. l. fi ambo. §. in stip. & est sic ʃ. ne quid in loco publi. fiat. l. ij. §. idem ait.

l ¶ Si quis stipulaturus. ʒ de damno infecto. Accursius.

m ¶ Iurauerit. ʒ de calumnia: ut ʒ. e. l. qui damni. Accursius.

n ¶ Iurandum. ʒ iterum: quia, &c. secus ergo in sacramento, quod est de re, siue de ueritate: quia sacramentum, quod semel est uerum, semper erit uerum: unde non iuratur plus, ut supra de iureiur. l. nam posteà. §. j. Item not. hic argu. q in causa appella. sit de calum. iurandum, contra Py. ut plenè dixi. C. de iuramen. calum. l. ij. §. q si actor. Item q hic dicit pluries iurari, &c. corrigitur per auth. C. de iura. calum. in isto. uel hic est speciale.

ADDITIO. Ista glo. non bene dicit secundum Bart. quantum ad istum. §. quia ibi loquitur in iuramẽto, quod præstatur uniuersaliter, & de futuro: hic de iuramento præstito de præsenti. Vel aliter ideo hic iterũ iuratur, quia instantia est finita. Sed si eadem esset instantia: tunc iterum nõ esset iurandum: nisi aliquid appareret iudici quod mutationẽ animi faceret præsumere: quia hic tãtùm de præsenti iuratur, & magis ad probationem, quàm ad ordinem iudicij: ut per eundem Bar. ʃ. §. proxi.

o ¶ Vel modò. ʒ sic ergo. no. propositũ hominis mutari: ut qui heri fuit bonus, hodie sit malus. Sed ar. cõtra. ʒ. de trãs. cùm hi. §. in pſona.

ADDITIO. Dic secundum Bart. q bene præsumitur in futurũ: ut ibi: tamen potest mutari: ut hic. & ideo iuratur, maximè cùm tale iuramentum modicum lædat partem iurantem.

p ¶ Si alieno. ʒ id est procuratorio.

q ¶ Postulem. ʒ ut superficiarius.

r ¶ Debeo. ʒ Primo obstat. C. de iura. calũ. l. ij. §. fi autem abfuerit. & auth. principales. ubi dicitur, principales, nõ procuratores iurare debent. Sol. dicunt quidam hoc in tutoribus, & curatoribus, & similibus legitimis administratoribus loqui: quod non placet: quia illi ad suam æstimationem referunt iusiurandum: ut C. de iuram. calum. l. ij.

plenius cõsultum, secus si non ita plenè p utrunque. itano. Bar. in l. Emilius. in j. co lu. uer. alia lectura est ʒ. de mino. plenius in l. in prouinciali. ʒ. de ope. no. nũtia. per eundem & contra diuersos: ut not. Barto. in l. si minoris. habet locũ §. de admi. tuto.

¶Qui alieno nomine petit caueri, debet iurare de calumnia, nisi is cuius nomine petit, iurare non deberet Barto.

¶ Si alieno P † nomine caueri mihi dãni infecti postulẽ, q iurare debeo r non calumniæ causa id eum, cuius nomine cautum postulo, fuisse postulaturũ. Sed si eius nomine postulem, qui si ipse postularet, iurare non compelleretur. (ueluti patronus, uel parẽs s dicendum est, locum iureiurando non esse. Etenim de quo ille non iuraret, nec qui uice t eius postulat, in hac stipulatione debet iurare. u

In hac stipulatione debet dies inseri causa cognita. b. d. cum l. seq. Barto.

¶ Huic stipulationi debet x dies esse insertus, intra quẽ si quid damni contigerit, cautio locum habet. neque enim in infinitum obligatus esse debet stipulatione. Ipse igitur prætor diem dabit stipulationi, y æstimatione habita ex causa, z & ex qualitate eius damni, quod contingere speratur.

¶ Paulus lib. xlviij. LEX XIIII.

IN causæ cognitione etiã longinquitas a † soli, & operis magnitudo spectanda est.

¶ Die finita iterũ stipulatio interponetur: & si dies omittatur ex certa scientia, perpetuò committetur: si per errorem, consuetudo inspicietur. Bartol.

¶ Vlpia. lib. liij. LEX XV.

SI finita sit dies. *

§. quod obseruari oportet & si tutores. sed hoc ad domini æstimationem refertur, cuius nomine iuratur: ut hic subijcit. Alij dicunt q de p procuratore in rem suam dicit: quod non placet eadem ratione. Alij q hic satisfecit. Tu dic hic esse speciale, ut simplex procurator iuret secundum Ioan. & Py. ç sia non sit in forma iudicij, & in speciali casu est hoc. Vel dic, quòd hæc corrigitur per illas. Secundò obstat §. rerum amotarum. l. Marcellus. §. j. ubi dicitur unum pro alio iurare non compelli. Sed nec hic compellitur. præterea de iuramento alio ibi dicit, scilicet de ueritate. Tertio obstat §. de in litem iuran. l. uideamus. Sed ibi de alio iuramento. præterea (ut dixi) nec hic corrigitur, sed aliter non admittitur eius petitio. Accursius.

s ¶ Vel parens. ʒ His enim remittitur: ut supra. de iureiur. l. iusiurandum. & ad pecunias. §. qui iusiurandũ. & qui satisfda. cogan. l. de die. § iubetur.

t ¶ Qui uice. ʒ no. hic beneficia personalia transire ad defensores, uel procuratores. Accursius.

u ¶ Debet iurare. ʒ ut supra, de obse. l. honori. & ʒ. de proc. l. minor. §ij. & argu. ʃ. de rei ind. si cum procuratore. Sed contra. ʒ. de obse. licet. § . fi. ubi interuentoribus non habetur honor. sed illud uerum est, cùm ex suo dolo conuenitur: secus si de dolo patroni, uel calum. ut hic. Item contra §. de in ius uoc. sed si hac. ʒ. fin. ubi sine uenia conueniatur tutor patroni. Sed ibi ex suo facto non patronj agebatur. uel illud erat statutum odio liberti: scilicet ut non nocet in ius sine uenia patronum: hoc fauore patroni. unde primum restringitur, secundum ampliatur: ut ʒ. de lib. & posthu. cùm quidam.

x ¶ Debet. qui cauet. & sic not. uitandam infinitatem: ut supra. de legatis. ij. fideicom. §. si quis decem. & solut. matri. l. fi morã. Sed argu. contra ʒ. de in litem iur. l. uideamus. §. iurare. & ʃ. de fideiuss. l. si ita,

ADDITIO. Dic secundum Bart. quòd ibi uerba disponentium fuerunt apta ad infinitatem: hic non.

y ¶ Stipulationi. ʒ in superioribus dictum est, quòd suo nomine quis promittere, alieno satisdare debet. & quod nõ cal. &c. sic igitur quia in hac stipulatione dies apponitur: uideamus quomodo latior uel breuior, &c.

z ¶ Ex causſa. ʒ qui minor: & ideo sibi canendum in latiorem uel remotiorem diem: si maior, in leuiorem: ut argu. ʒ. de transac. l. cum hi. §. modus.

a IN causſæ. Longinquitas. ʒ id est antiquitas soli maxima, & operis magnitudo: ut quia uetustissimũ est ædificium: quare cito ruina speratur. ADDITIO. * Aliàs legit longinquitas loci in rextu.

I finita. ʒ Cassis in hoc principio continuatur casui præcedenti.

¶ Deinde. ʒ prætor dixit, si opus fiat in flumine publico, uel ripa eius, & timeant uicini ex eo opere damnum debet satisfdari de dãno, si contingat intra decem annos. Secundò loquitur Vlpianus, & dicit. ideo hic exigitur stipulatio, & certum tẽpus adijcitur: quia opus fiebat in publico. ¶ Cùm autem. ʒ Hic est §. & non ibi: notandum &c. & tunc sic pone casum. Si opus fiat in publico, & timeatur: non est satisfandum de uitio loci: secus si in priuato opus fiat, nam tunc cauendum est, de loci uitio, & operis. Alij nõ habent. §. hic, sed ibi notandum, & tunc sic pone casum. Si opus fiat in priuato, satisdãdum est. secundus non mutatur.

¶ Si quid igitur. ʒ Apparet ex uerbis prætoris, si damnum contingat intra decem annos ex opere quod fit in publico, quòd uult quòd promittatur emendari. ¶ Si quid in uia publica. ʒ Si aliquis ædifi-

* Bal. hic dicit istum text. fin. ad hoc quòd procurator debet iurare de calũ. in persona domini, nisi essemus in casibus in quibus proceditur de bono & æquo. Adde quod uoluit Inno. iu ca. fi. extra de iure iur. & Bal. in sua marga. in uerbo, procu. Bolog. Tu adde gl. in c. in pertractandis. extra de iura. calumn. & c. a. e. tit. li. 6. & Ioan. And. in ca. ut circa. in fi. de elect. & gloss. & Arch. in c. mentuentes. 15. q6. 4. & Rotã dec. xxxix. inci. quidam & qñ procurator inno Beneficia personalia ad defensores transeunt. Infinitas uitanda est

† Als loci.

*De intellectu huius legis i principio vide Mar. Soci. in Repe. l. ita stipulatus. nu. 85. & 88. & ver. oblig.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ædificet,uel aliquod opus faciat in ulã publica, & timeã ex eo opere damnũ:satisdandum est. ¶ De cæteris locis.§ Apparet ex uerbis prætoris quod tñ loquitur de opere,quod fit in flumine & ripa, quid autem si in alio loco publico? nil dicitur: tamen dicendum est ex generali edicto,q̃ sic satisdandum quasi in loco alieno ædificet. Secũdò dicit,si locus publicus reficiatur uoluntate potestatis uel præsidis: non est cauendum de damno infecto.

† Adiectio fit.

¶ Si quid.§ Si opus fiat in priuato, cauendum est de uitio soli, & operis. hoc dicit usque ad §. ex hoc edicto.Franc.

† Quãdocunque.

† Alioquin.

a ¶ Statuta.§ à iudice,uel stipulantibus.

b ¶ Iterũ.§ id est quoties opus erit. §. ẽ. de edend. l. ueluti. §. hæc nox.& §. de præto. stipul.l. prætoriæ stipulationes sæpius.

c ¶ Conditione.§ id est adiectione diei ex certa scientia.

d ¶ Conuentione.§ scilicet partium fuerit interposita stipulatio sine die.

† Eo.

e ¶ Quandoque.§ id est quandocunque R. scilicet quandocunque damnum fuerit datum.

† Satisdari.

f ¶ Per errorem. scilicet facta fuit stipulatio sine diei adiectione.

† Alieno fit.

g ¶ Solet.§ id est debet. Azo. uel dic propriè, scilicet secundum consuetudinẽ regionis.

h ¶ Vt liberetur.§ promissor scilicet: cum futurum timeri non expediat, cæterum si timeatur, quare peteret liberari eum: cùm si esset liberatus, oporteret eum denuo promittere? Sed quod dicit ad consuetudinem recurrendum,uidetur secus: quia lex statuit de x.ann. ut §. de ripa mu.sed dic ut ibi. Item uidetur secundò q̃ non ad consuetudinem, sed ad arbitrium stipulantis: ut §. qui satisd.cog.l.de die, in princ.sed ibi discordia,quæ erat tempore interpositæ stipulationis: ut ibi plenè dixi.Item tertiò uidetur q̃ nulla sit: ut §. de uerb.oblig.ita stipulatus,in princ.Solu.ut ibi,Item quærò uidetur, q̃ partium consensus nihil possit hic facere, cùm sit prætoria:ut §. de præto.stipu.l.j.§. fi.& §. de uerb.oblig.l. in conuentionalibus. Sed dic q̃ lex,uel prætor non statuit hic diem: unde partes uel iudex possunt statuere: ut §.eo.l.qui bona.§.fin. & facit §. si quis cautionem,l.sed & si quis.§. fi.& supra eo.l.prætor.in princ.

i ¶ Deinde ait prætor.§ ut &§.e.l.prætor.§. de eo opere.

k ¶ De opere.§ i.damno,quod ex opere fit:ut in uer. & quod ait.

l ¶ Hic exigitur.§ nunc incipit Vlpianus.

m ¶ In publico.§ nam si in alieno priuato fiat,non satisdatur.& hoc subijcit, cùm autem &c. Accursius.

n ¶ Fit.§ & sic ripa est locus publicus. Sed contra instit. de rerum diui.§. riparum. in fine.§. sed hic quo ad usum.

o ¶ In aliena.§ id est in publico:& dic,cùm prætor hoc cõcedit: & secundum hoc dic hanc satisdationem,scilicet in x.ann. & sm hoc est §. cùm autem.& non ibi, notandum secundum Io. Alij,ut Azo,nó habent hic §. cùm autem, sed ibi, notandum &c, & tunc expone in aliena re, id est in priuato alicuius. & quod subijcit satisdationem, supple uel repromissionem qũ suo nomine: ut §.eo.l.prætor. Item quod subijcit,iniungit,scilicet prætor.non autem diffinit tempus:ut hic, & §.l.qui bona.§ fi.tertij,nec hic, nec ibi habent §. Accursius.

p ¶ Notandum.§ hic assignat secundam differentiam inter locum priuatum & publicum. Azo.

q ¶ De loci.§ ut §.e.§ fi.Azo.No.q̃ dictio de, denotat remotã ratio

a Habes si milè glo.in l.j.§.emancipatus. & ibi Bart.de

r ¶ De operis.§ scilicet uitio.

s ¶ Vitio.§ ut infra eo.l.fluminum.§.fi.Azo.

t ¶ Satisdare.§ quia alio modo in solo sibi cõsulit:ut §.eo.l.fluminũ, §.cæterum si ex.& §.quid ergo.Azo. & facit infrà de ripa mu.l.j.

u ¶ Fiat.§ Dicunt quidam principe uel senatu permittente: ut §.ne quid in loco pu.l.ij.§.si quis à prin.& de fluminib.l.quò minus. Si autem illicitè cùm habeat locum interdictũ ne quid fiat in loco uel uia publica:& q̃ si fiat, tollatur: non habebit locum hæc cautio de damno infecto,cùm aliud supersit auxilium:ut arg.§.e.tit.l. qui bona.§.de illo. sed hoc nó placet. unde dic q̃ illicitè fecerit, i.non fecit authoritate principis, uel senatus: aliàs non habet locum hæc cautio: ut §.eo.l.§.si publicus.nec obstat dictus §. de illo. quia ad aliud dantur interdicta, scilicet ut opera destruantur: ad aliud hæc cautio: ut di ximus §.eo.l. qui bona.§.si quis opus.

x ¶ In alieno.§ id est in publico: ut dixi in §.deinde.§.e.l. Item no. q̃ meliorem rationem assignaret si diceret: quia ius in eo non habet: posset enim esse aliena, & tamen non teneretur ad satisdationẽ, si ius in ea habeat: ut §.eo.l.qui bona.§.j.

y ¶ Determinabit.§ ut quia fit in uia, secus in flumine uel ripa: q̃ tunc in x.ann.& minus stat in futuro, quam si diceret in præterito,ut quidam habent. nam prætor non dixit: unde ſtor uiuus statuet: ut arg.§.de iure delibe. l.j.§. fi. Sed si in præterito, tũc diceres x.ann. ad similitudinem aliorum publicorum: ut §. eo. §. deinde. & facit §. eo.l.qui uias.Accur.

z ¶ Facit.§ Habuimus supra unam differentiam inter eos quod fit in publico, & id quod fit in priuato: quia non satisdatur in decem, an cum pro eo quod fit in publico, satisdetur in x.ann. modò ponitur alia: quia si fit in priuato, de soli & de operis uitio satisdatur pro eo quod fit in publico, de opere tm.

a ¶ Cautio.§ impropriè: ut C.de uerb.signifi. l. sancimus. ponitur enim hic pro satisdatione: ut supra proxi.§. Azo.

b ¶ De cæteris.§ præter flumen, & ripam fluminis.

c ¶ Cauetur.§ in edicto.

d ¶ Ex generali.§ quicquid pertinet ad speciales clausulas, & expressas,f.flumen & ripam fluminis: ut infra de uerb. oblig.l.doli. Azo. & facit infra titu.j.l.apud Trebatium.§. pe.

e ¶ Sermone.§ f.uerbis edicti:ut supra e.l.prætor.ibi, alienave.

f ¶ Publicè.§ i.sine uicinorum damno,secundum R. uel, i. publica authoritate principis,uel senatus. uel,i.per præceptum præsidis.

g ¶ Cauendum.§ potest tamen dici,& debet, q̃ princeps sit adeundus pro utroque opere: uel præses, si in prouincia fiat: ut infra eod. l.fluminum. §. quid ergo.

h ¶ Si quid.§ ex eo quod dicit loci uel operis,dicunt quidam quod loquitur quando in priuato fit: aliàs non cauetur pro solo: ut supra eod.l. § notandum. & secundum hoc dices legem dandam, id est cautionem interponendam. Vel dic secundò quòd quando concedebatur alicui in publico facere, debet concedens prædicere,ut sic faciat, ne uicinis noceat: & ita talem legem,id est præceptum dare: ut hic, & infra eod.l.qui uias.argu.infra ne quid in loco publi.l.ij.§.meritò. aliquin solitæ actiones locum habebunt contra magistratus: ut arg. supra ad legem Aquil.l. quemadmodum. §. magistratus.& secundum hoc dic loci uel operis, id est operis quod fit in loco publ. & hoc placet: & bene concordat cum proxi. rñ. Alij dicunt poni exempla per l.C.de ædific.priua. si cui.

¶ Ex hoc edicto, si non cauea- CASVS. Si aliquis habens domum ruinosam non caueat uicino petenti, mittitur uicinus in possessionem domus ruinosæ in totum, & non pro parte: etiam si sola pars sit ruinosa. & hoc etiam dixit Sabinus. Secũ.dò dicit: pone, q̃ quædam domus est longa & ampla,& pars domus minatur ruinam: an mittitè uicinus in possessionem tãtum partis? Et certè dicitur, si adeò est longa,q̃ spatium

tium sit inter partem domus ruinosę,& aliam: tunc mittitur uicinus tantum in partem ruinosam. si uerò pars ruinosa est coniuncta parti non ruinosæ una contignatione, quod sæpissimè contingit in parua domo: tunc mittitur uicinus in totam. si autem non sunt connexæ, quod sæpius contingit in longa & ampla domo: tunc non nisi in partem. Vltimo dicit pone, quod habeo insulam, id est paruam domum iuxta domum meam magnam. insula minatur ruinam: & non caueo, certè mittitur uicinus in possessionem insulæ: non autem magnæ domus. hoc dicit usque ad §. si plures. Franc.Accur.

a ¶ Ruinosa.§ & hoc indubitatum est.

b ¶ In totas.§ secus in rustico prædio: ut supra eodem, l.dies. §. eius rei. & infrà eodem, cùm emptor.§. si agri,

c ¶ Alioquin.§ id est si non mitteretur in totas.

d ¶ Eius rei.§ id est, superficiei.

e ¶ Non possit.§ sine solo. Azo. ut infrà de actio.& oblig. obligationum ferè. §. placet.in fin.§.

f ¶ Domus diuisa.§ non eo animo, ut ex una fierent duæ,pariete in medio ædificato:quia tunc non una, sed plures domus dicerentur:vt §. communia prędio.l.si quis duas.§. j.in fi.licet quidam hoc casu,f.quando non fiunt duæ per diuisionem, dicant contrà,scilicet quòd in totam fit missio.

g ¶ Et si tam.§ hic subaudi:& respon.si tam.

h ¶ Spatia.§ scilicet magna.Ioan.

i ¶ Partem.§ quæ uitiosa est.

k ¶ Iuncta.aliàs unita: & aliàs iuncta: & aliàs mista.tũc enim pars non uitiosa est mista uitiosæ. Vnde uitium ab ea contrahere uidetur: & ideo cauetur pro ea. sic & aliàs modicum fermenti:&c.& aliàs cũ sancto sanctus eris,&c. Item facit ad hoc quod dicitur de contagione pecoris.§. de actio.emp.Iulianus.in princ.

l ¶ Contextu.§ i. parua domus:ut dixit Sabi.

m Itaque.§ quia connexitas contignationis facit,ut caueatur etiam pro non ruinosa propter ruinosam.itaq; ubi cessat cõtignatio (quod frequenter accidit in ampla domo) ergo cessat cautio pro parte nó ruinosa.

n ¶ Domibus.§ scilicet unitis.q.d.non solùm superiore casu quando est partita.

o ¶ Modica.§ scilicet cum una contignatione totæ ædes non continentur.

p ¶ Amplissimæ.§ q.d.esset absurdum,prouideat ergo iudex: ut §. eo.l.cùm emptor.§. si agri.

a Insula quid dicatur, pulchrè Bu. §. locati.l.sed illud addes.§.fi inquilinus.

q ¶ Insula.§ i.parua domus.

r ¶ Totius domus.§ ut dicit Sabi.

s ¶ Insulæ.§ id est domui adiacentis.

¶ Si plures sint.§ CASVS. Vicini postulabant caueri à Titio qui habebat domum ruinosam: fi eis nõ caueat, omnes uicini æqualiter mittuntur in possessionem. Secundò dicit: Pone quòd unus de uicinis est primus missus in possessionem: certè aliis postea petentibus mitti non præiudicat: nam non spectatur ordo iste. nam omnes dicentur æqualiter possidere. Tertiò dicit: pone, quòd unus de uicinis missus est in possessionem ex secundo decreto: tunc si postulent alij uicini caueri, tunc missus ex secundo decreto debet cauere eis: & si non cauet,uicini alij incipient possidere.h.d. usque ad §.Iulianus. Fran.Accursius.

t ¶ Solent.§ scilicet simul: si non habes in textu: ut §.eodem.prætoris.§. j. in fin.

Decretum primũ qd sit.

¶ *Si plures stipulantur, debent simpliciter stipulari: sed si plures promittunt, debent pro parte promittere. hoc dicit. Bar.*

¶ Paulus li. † Ixxviij. ad edict. L. XXVII.

PLures carundem ædium nomine domini singuli stipulari debent sine adiectione [u] partis: quia de suo quisque damno stipulatẽ [x]. quinimò pars adiecta, [y] partis partem faciet [z]. Contrà, si plures domini sint vitioſarũ ędium,

a ¶ Ruit. ʒ subitò.
b ¶ Ceciderit. ʒ ex interuallo: quia in hoc tenebitur. Accur.
c ¶ Ædium. ʒ id est soli & ædificij: vt suprà eodẽ inter fru. & §. ea. l. §. sed ut ne. Accurſius.
d ¶ Loci. ʒ scilicet tantùm, id est soli tantùm. Accur.
e ¶ Operisve. ʒ id est ædificij tantũ: pro his enim cauetur, cum fiũt in priuato: vt hic, & suprà eo. fi finita. §. notandum. & infrà e. dãni. §. fin.
f ¶ Vtputa. ʒ ponit exemplũ quando damnum dari uideẽ ex operę. Accurſius.
g ¶ Non teneri me. ʒ nisi animo nocendi fecì. tunc enim de dolo: ut ʃ. ti. j. l. j. §. denique. quod semper præsumitur, scilicet quòd non faciam animo nocendi: & argum. §. pro soc. l. meritò. Sed opp. quia licet in suo facere, dum tamen non noceat in alieno: ut infrà de regu. iuris. l. domũ? Respon. non videtur officere si lucem auferat, quam ex priuato consueuit habere: vt infrà eod. l. Proculus. vel aquam auferat, ut hic. Item secundo op. ʃ. l. prox. sed ibi seruitus debebatur ab initio. ficanter: ut & ʃ. titu. j. §. fi in meo. Item tertio opp. §. si ser. uendi. ficuti. §. Aristo. & l. si quando. §. fi. & l. fistulas. sed in illis in alienum immittebam: hic in meo operabar, nihil in alienum immittẽs. & facit infrà de iniu. si cum seruo. & infrà de regu. iur. l. nemo damnum.
h ¶ Committetur. ʒ si dicas quando facerem animo nocendi, planũ esset: ut infrà ti. j. l. j. §. denique. & sic esset idem quod in superiori rñ. quod non placet. quia aliquid aliud vult dicere hic: quod patet quia dicit, si tamen &c. vnde dic, etiam non animo nocendi sed sponte fuit stipulatio interposita, si damnũ fieret occasione huius fossionis. non enim cogendus erat, ex quo animo nocendi non fiebat. & sic. infrà eo. damni. §. cùm pariete. & de hoc dices ʃ. l. Proculus. Sed quid si in superiori casu totam aquam auferam? Respon. idem quòd si parietem: ut argum. j. titu. j. l. fi in meo.

TRebatius. ʒ CASVS. In hac l. & sequen. pluribus modis posset poni casus. tu autem ponis secũdum quòd dominus meus ponit. & glossæ tangunt hoc modo, & in hac l. sic pone casum. Debebas seruitu, domui meæ altius non tollendi, ne officeret luminibus meæ domus. cùm uelles altius domum tuam seruientem ædificare: promisisti de damno infecto. nunc adeò ædificasti altius, quòd luminibus meis nocet. certè teneris ex stipulatione damni infecti ad omne damnum quod habeo ex obscuratione luminum. Franc.

i ¶ Accipere. ʒ id est pati.
k ¶ Officiatur. ʒ non tamen ut actio nascatur: ut ʃ. l. proxi. uel dic. Trebatium malè dixisse, & per proculum corrigi si intellexerit etiam seruitute non debita. Tu dic Trebatium intellexisse, quando seruitus debebatur. & sic bene dixit. agitur ergo secundum eum ex stipulatio ne damni infecti cùm seruitus debetur. Sed nonne habet locũ confessoria: ergo hæc cessat: ut §. e. l. interd. & l. damni. §. j. & l. qui bona. §. de illo. quæ omnes sunt contra. Trebatium? Sed respon. non obstãt: quia ad aliud datur confessoria, scilicet ad seruitutem præstandam: & ad aliud hæc stipulatio: quia ad damnũ propter lumen amissum: ut §. eo. l. qui bona. §. si quis opus. sic & in oper. no. nunt. quia in subsidium datur auxilium illud: ut §. titu. j. in prouinciali. §. j. & ramen ibi concurrit confessoria, ut sup. tit. j. l. j. §. fi. & l. de pupillo. §. imposititiam.

PRoculus. ʒ CASVS. Habebas domum iuxta meam. nec aliquã seruu. mihi debebas. cùm uelles opus aliquod facere in tua domo, puta eleuare eam, & timebam damnum ex hoc opere: promisiti mihi de damno infecto: nunc eleuata domo tua habeo damnum: ut quia obscurata sunt lumina domus meæ. quæritur an committatur stipulatio? & dicitur quòd non. Idem est & si in fundo tuo fecisti cuniculum, id est riuum coopertum uel fossam: & sic aquam quæ ueniebat ad fundum meum, abstulisti. nam licet promiseris mihi de damno infecto: tamen non teneris ob hoc. & reddit rationem. Franc.

l ¶ Proculus ait. ʒ & malè, secundum quosdam: quando scilicet seruitus deberetur. uel dic bene: & nõ debeẽ seruitus: ut statim patet. H.
m ¶ Ædificia. ʒ scilicet tua.
n ¶ Iure tuo. ʒ vt quia nullam seruitutem debes: aliàs secus: ut suprà l. proxi. dixi.
o ¶ Cuniculo. ʒ riuus coopertus dicitur. Accurſius.
p ¶ Aquam meam. ʒ etiam totam & totum lumen superiori rñ. ut §. l. fluminum. pen. rñ. & ʃ. tit. j. l. j. §. denique. & l. si in meo. & sup. de ser. urb. præd. cùm eo.
q ¶ Abducas. ʒ scilicet priuatam. aggeres enim in publico facti, si trans flumen etiã noceant, demoliendi sunt: ut ʃ. titu. j. quod principis. §. fi.
r ¶ Facere. ʒ i. pati, uel nõ uidetur damnũ facere ei qui. &c. Accurſ.
s ¶ Faciat. ʒ i. sentiat. & sic no. non esse eandem rationẽ damnũ sentire, & lucrum nõ facere: ut C. de codic. l. fin. & ʃ. titu. j. l. j. §. item Varus. in fi. & l. j. §. sicut. & ʃ. de fur. l. fi is cui commodata. & argu. suprà de condi. & demonstra. Titio. §. j. ibi, aliud est enim &c. Sed argum. cõtra. suprà, de eo. quod certo loco. l. iij. §. fin. & ʃ. rem ra. hab. fi cõfessa & dixi C. de senten. quæ pro eo. l. j. in fi. Item contra distinctionem huius legis est, infrà ne quid in loco publi. l. ij. §. meritò. Solu. ibi in publico, hic in fuo priuato quis facit. Accurſius.
t ¶ Vera esse. ʒ nõ Trebatij secundum quosdam: sed tu expone Treba. ut dixi. suprà l. proxi. item facit ad hanc l. quòd quis in suo faciat quod vult. suprà de serui. urb. prædi. l. fittulam. & fi seru. uendi. & uti. §. penulti. Accurſius.

PLures. ʒ CASVS. Plures habebamus domũ communem iuxta ruam: tua minabatur ruinam: petimus ut promittas nobis de dãno infecto: uis promittere. quæritur an debeat quilibet nostrum stipulari sine adiectione partis suæ: sic dicendo: cuilibet promittis de damno infecto? & dicit quòd sic. sed si dicam, promittis partem mei damni? non † totum meum damnum, sed eius partem stipulor. secus autem est econtra: ut si plures sint domini uitioſarum ædium. nam pro sua quisque parte promittere debet: ne singuli in solidum obligentur. nam quilibet debet promittere pro sua parte, qua dominus est. Franc.
v ¶ Adiectione partis. ʒ qua significatur dimidia: ut ʃ. de uerbo. signi. nomen filiarum. §. j. sic ergo. dicet, promittis de damno infecto.
x ¶ Stipulatur. ʒ id est stipulari intelligitur: ut & suprà titu. j. stipulatio. §. fina. Accurſius.
y ¶ Adiecta. ʒ puta partem mei damni, siue partem damni contingentis in mea dimidia domus pro indiuiso promittis, cùm sim dominus dimidiæ pro indiuiso fm Ir. uel dic partem damni contingentis in mea dimidia domo, quæ mea est à meridie. nam cùm sit mihi cum alio domus tota communis pro indiuiso: in qualibet particula habeo dimidiam tantum: & sic mediam partẽ damni contingentis in meridionali dimidia uideor stipulatus. & secundum hoc primum exẽplum est, quando pro indiuiso partis domus sit stipulatio damni: secundum M. quando pro diuiso si autem dixissem partem meam damni, totam meam partem secundum R. uideor stipulatus. Accur.
z ¶ Faciet. ʒ dicta adiectio partem partis, quam habebam in domo. uel faciet partem totius si in rebus meis proprijs, quæ erant in domo fuerit damnum datum fm Azo. Item no. quòd aliàs aliter accipitur hæc oratio, facere partem: ut §. de lega. j. huiusmodi. §. fi Titio. Accur.

Lucrũ non facere, & damnũ patì differt.
† Tantum.
† Concor. text. in c. ij. de deci. li. vi. glos. in cle. j. i uer. aut earum parte. d. so. cõpe. & ibi Card. in ix. qõ. tã si addaẽ dictio aliqua, tũc uenit pars infra dimidiam: ut est glo. sing. in palleg. cle. j. q̃ ad hoc p singu. alleg. Pan. in c. super eo. extrà de eo q̃ cogn. cõ sangui. vxor sue. de quo vide Gul. de Cu. in l. si ut alegas. nu. 2. & ibi addi di ad eum uers. dimidiũ cõtine tur. C. de inof. dona.
† Aduoces. alś euoces.
† Aliàs. lxxvij.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tu dic hoc esse uerum in re communi: nam pro parte quisq; pro sua parte debet, ne singuli insolidũ [b] obligentur.

¶ *Hæc stipulatio continet interesse & etiã expensas factas in fulciendo, & lucrum cessans propter emigrationem inquilinorũ, nisi iusto metu interueniente. hoc dicit. Bartol.*

¶ Vlpia.li.lxxxj.ad edict. L. XXVIII.

IN † hanc stipulationem venit quãti ea res erit: & ió Cassius scribit eũ, qui damni infecti stipulatus est, si propter metum ruinę ea ædificia, [c] quorũ nomine sibi caueri curauit, fulserit, impensas eius rei ex stipulatu cõsequi posse [d]. Idemq; iuris esse cũ [e] ppter vitium cõmunis parietis, qui cauit [f] sibi dãni infecti † nomine, onerũ eorũ releuandorũ gratiã, quę in parietem [g] incũbunt, ędificia sua [h] fulserit. In eadem causa est detrimentum quoque propter emigrationẽ [i] inquilinorũ, quod ex iusto metu factum est. Aristo autẽ nõ malè adijcit, sicuti [k] hic exigit Cassius, vt si iustus metus migrandi causam præbuerit, [l] ita in eius personam qui fulsit, eadẽ Cassius dicere debuisset si iusto metu [m] ruinæ fulcire coactus est.

† aũs in hac

† aũs deest nomine.

IN hanc. ¶ CASVS. Ponit regulam, & eam probat per quatuor exempla. regula est talis. quòd in stip. dãni infecti uenit quanti interest stipulantis. Primum exemplum est tale. cum haberes domum ruinosam iuxta meam promisisti mihi de damno infecto. Ité propter metum ruinæ domum meam fulsi, fortè ligna grossa ponendo supra meam: ita quòd si caderet tua, non posset mihi, uel domui meæ facere multum damnum certè has expensas recuperabo: quia hoc saltem uidetur interesse quod impẽdi. Secundum exemplum est tale, ego & tu habebamus communem domum: paries huius domus minabatur ruinam domui meæ propriæ. feci expensas in reficiendo huiusmodi pariete: certè has expensas recuperabo. uide hic gloss. Tertium exemplum est, domus tua minabatur ruinam domui meæ: promisisti mihi de damno infecto, nunc inquilini qui morabantur in domo mea, recesserunt timore domus tuæ ruinosæ: & istum habebant timorem: & sic non soluunt mihi pensionem totius anni, prout aliàs fecissent, certè hoc damnũ totum debes mihi emendare. posteà loquitur Aristo iurisconsultus, & dicit: sicut iustum timorem debent habere inquilini, propter quem recedãt ut damnum quod inde habeo, mihi emendes: ut suprà proxi. dictum est: ita primo exemplo nostræ l. quãdo fulsi domum meam, oportet me habere iustum metũ, quòd domus tua ruinam minetur meæ: ut sic expensas quas feci fulciẽdo domũ meam, mihi resarcias. Quartum exemplum est in l. sequen. quæ continuatur cum ista: & est tale, cùm domus tua minaretur ruinam: cauisti mihi de damno infecto. nullus autem scholaris vult conducere domum meam propter ruinam quam uidetur minari domus tua suprà meam: & sic amitto pensionẽ, certè hoc totum damnum debes mihi emendare. & ad hæc omnia dãna competit actio ex stipulatu. Franc.

a ¶ Promittere debet. ¶ Si tamen unus promittat pro parte sua, cũ alter non promittat similiter pro sua parte: in possessionem totarum ædium ruinam minantiũ mittitur. promissio enim damni infecti dicitur in gl. in uersic. in possessionẽ. in apostil. in uer. in partem. ff. eod. uisionẽ recipit [a]: sed in possessionẽ missio non, cùm pignori assimiletur: & ideo nõ nisi insolidũ fit: ut ff. eo. in stipulatione. secundũ R. & est sic. ff. de uerbo. obligat. in executione. & ff. ne in poss. leg. is cui. ff. si ex duobus hæredibus. quod non placet: sed dic ut dixi in d. l. in stipulatione. Accur.

b ¶ Insolidum. ¶ nam simpliciter promittendo insolidum tenerentur iure isto: ut & C. de duob. reis. l. j. hodie non obligantur insolidum, licet quilibet promitteret de damno infecto simpliciter, non facta adiectione pro parte sua, nisi hoc exprimatur: ut in authen. de duobus reis. & concord. cum utroque respon. huius l. ff. titu. j. stipulatio. §. fin. & ff. eod. ex damni. §. quoties. & ff. tit. j. si tertius. §. j. & l. sequen. §. officium. Accur,

a ¶ Ponit regulam, & eam probat per quatuor exempla. regula est talis. quòd in stip. dãni infecti uenit quanti interest stipulantis. Primum exemplum est tale. cum haberes domum ruinosam iuxta meam promisisti mihi de damno infecto. Ité propter metum ruinæ domum meam fulsi, fortè ligna grossa ponendo supra meam: ita quòd si caderet tua, non posset mihi, uel domui meæ facere multum damnum certè has expensas recuperabo: quia hoc saltem uidetur interesse quod impẽdi. Secundum exemplum est tale, ego & tu habebamus communem domum: paries huius domus minabatur ruinam domui meæ propriæ. feci expensas in reficiendo huiusmodi pariete: certè has expensas recuperabo. uide hic gloss. Tertium exemplum est, domus tua minabatur ruinam domui meæ: promisisti mihi de damno infecto, nunc inquilini qui morabantur in domo mea, recesserunt timore domus tuæ ruinosæ: & istum habebant timorem: & sic non soluunt mihi pensionem totius anni, prout aliàs fecissent, certè hoc damnũ totum debes mihi emendare. posteà loquitur Aristo iurisconsultus, & dicit: sicut iustum timorem debent habere inquilini, propter quem recedãt ut damnum quod inde habeo, mihi emendes: ut suprà proxi. dictum est: ita primo exemplo nostræ l. quãdo fulsi domum meam, oportet me habere iustum metũ, quòd domus tua ruinam minetur meæ: ut sic expensas quas feci fulciẽdo domũ meam, mihi resarcias. Quartum exemplum est in l. sequen. quæ continuatur cum ista: & est tale, cùm domus tua minaretur ruinam: cauisti mihi de damno infecto. nullus autem scholaris vult conducere domum meam propter ruinam quam uidetur minari domus tua suprà meam: & sic amitto pensionẽ, certè hoc totum damnum debes mihi emendare. & ad hæc omnia dãna competit actio ex stipulatu. Franc.

c ¶ Ea ædificia. ¶ scilicet tua: non dico ruinosa, quia hoc dicit infrà, proximo respon. secundum primam expositionem: uel dic aliter ut ibi, Accursius.

d ¶ Posse. ¶ damno pòst secuto. R. & hoc ideo, quia sint hæc promissæ. sed uelut interesse: quia hoc saltem interest quod impendit: ut ff. eo. inter quos. §. fi. Accursius.

e ¶ Cùm. ¶ id est postquam.

f ¶ Cauit. ¶ id est caueri fecit à socio. Accursius.

g ¶ In parietem. ¶ proprium.

h ¶ Aedificia sua. ¶ scilicet communia: quorum paries uitium facit: ut differat à præcedenti respon. sed uidetur socio à socio non caueri: ut infrà eodem. ff. ædibus. & l. ex damni. §. j. quæ sunt contrà. Solu. illa corrigit istã: uel dic caueri: ut hic in duobus, scilicet casibus quos dices infra, eodem inter quos, aliàs nonne ibi. Alij dicunt quòd hic non ædes, sed paries est communis. & secundum hoc dices posteà ædificia sua: scilicet propria, nõ cõmunia. Alij dixerunt q̃ hic loquit cùm culpa socij contingit damnum, ibi nõ: & ff. eod. ex damn. §. j. uel hoc non uenit in iudicio cõmuni diuid. ut indiuiduum: quia diuidi nõ potest: quia erat istud damnum unius ex socijs, uel quia non reficit cõmunem parietem. & sic habet locum hæc cautio: uel hic potuit reficere socius. ibi non. & facit ff. e. cùm emptor. §. fi. & l. ex dãni in princ. & l. inter quos. §. fi. & ff. e. in parietis. & l. seq. & seq.

¶ Caius. † LEX XXIX.

SEd & si conducere hõspitiũ [n] nemo velit, ppter vitiũ ędiũ, [o] idem erit dicendum.

¶ *Pro opere quod fit iure seruitutis, debet domino caueri, non satisdari. h. d. Bar.*

¶ Vlpianus li. lxxxj. ad edic. LEX XXX.

DAmni infecti stipulatio pertinet, etiã si quid eius operis [p], quod fit in fundo meo aquæ ducendę causa, uitio, damnũ mihi contigerit. Solet enim opus in alieno fieri, cùm iure seruitutis [q], quã quis alieno [r] agro habet impositam, opus in alieno faciat.

¶ Vtrũ autẽ de hoc opere [s] promittere, an satisdare dẽat, videamus. Mouet, q̃ in alieno facit: qui autem de alieno cauet, satisdare debet: qui de suo, repromittere [t]. Vnde Labeo † putat [u] eum, q̃ mo dolorũ [x] † aut riui faciendi causa opus faceret, etiã satisdare debere, quia in alieno solo faceret. Sed cùm de opere, quod facit, exigat stipulatio: cõsequens erit dicere, sufficere repromissionẽ: quodammodo enim de re sua [y] cauet. Qđ dictum est, aquæ ducendæ causa: exẽpli gratia scriptũ est: cęterũ [z] iussore: an satisdare? & certè uidetur quòd satisdare debeã. nam in alieno facio opus: & sic tanquàm de alieno debeo satisdare. & hoc et voluit dicere Labeo: & posuit exemplum in eo. qui facit riuum uel modulũ in fundo alieno, qui debet satisdare de uitio huius operis. posteà loquit author l. corrigens prædictam responsionem, dicẽs quòd ego debeo promittere absque fideiussore. & subdit rationem. In fine dicit: q̃ dictum est in opere, quod faciebam gratia aquæ ducendæ: idem est in quolibet alio opere, quod facerem in tuo fundo iure seruitutis. Franc.

† aũs Paulus lib. 28. ad edict. p uin.

† Modulorum fortan: ut de ijs modulis intelligas, quorum hi erogatorii sunt, hi uerò acceptatorii: de quibus alibi Vitruuius et Frõtinus de aquęductibus.

i ¶ Emigrationem. ¶ id est recessum de domibus, quæ timebant aliarum ruinam.

k ¶ Sicuti hic. ¶ id est prox. superiori respon. Accursius.

l ¶ Præbuerit. ¶ ut teneatur tunc damni infecti, qui promisit. Accursius.

m ¶ Iusto metu. ¶ imò quia utilite: facta impensa repetetur: ut suprà. de nego. gesto. sed an ultro. §. j. sed hic respectu stipulationis de damno infect. tractat, non respectu tractatus de nego. gest. & facit §. loca habitatores. §. fi. Accursius.

n ¶ Ed & si. Hospitium. ¶ meum.

o ¶ Aedium. ¶ uicini, quæ meo hospitio minantur ruinam. Accursius.

DAmni infecti. ¶ CASVS. Con cessisti mihi ius aquæ ducendæ per fundum tuum. nunc uolo facere opus i fundo tuo, per quod possim ducere aquam. uis quòd caueam tibi de damno infecto, si hoc opus daret tibi damnum certè debeo cauere. Secundò quæritur nunquid debeam cauere, id est promittere sine fideiussore: an satisdare? & certè uidetur quòd satisdare debeã. nam in alieno facio opus: & sic tanquàm de alieno debeo satisdare. & hoc et voluit dicere Labeo: & posuit exemplum in eo. qui facit riuum uel modulũ in fundo alieno, qui debet satisdare de uitio huius operis. posteà loquit author l. corrigens prædictam responsionem, dicẽs quòd ego debeo promittere absque fideiussore. & subdit rationem. In fine dicit: q̃ dictum est in opere, quod faciebam gratia aquæ ducendæ: idem est in quolibet alio opere, quod facerem in tuo fundo iure seruitutis. Franc.

† aũs Pucabar.

† Modulorum fortan: ut de ijs modulis intelligas, quorum hi erogatorii sunt, hi uerò acceptatorii: de quibus alibi Vitruuius et Frõtinus de aquęductibus.

† videaris.

IN ædibus meis. ¶ CASVS. Ego & tu habebamus domum cõmunem: iuxta istam ego habebam quãdam domum meam propriam. hæc domus communis minatur ruinã meæ propriæ. peto à te ut caueas mihi de damno infecto pro parte, quam habes in domo ruinosa. quæritur an debeas cauere? & dicitur q̃ nõ, nam aliàm uiam habeo. possum enim reficere domum istam, & partẽ expensarum petere à te acti. pro socio uel communi diuidũdo. Et ad dicit simile. ego & tu habebamus domũ cõmunem: nec ullam aliam propriam ego habebam. hæc domus uidetur cadere: tu autem nõ uis reficere: si peto à te ut caueas mihi de damno infecto. quod sustinebo pro parte mea si tota domus cadat: non debes cauere. nam aliud auxilium habeo. possum enim reficere hanc domum communẽ, & expẽsas p̃ parte tua à te petere actione pro socio, uel cõmuni diuidundo. nam scire debemus quòd cautio damni infecti nunquam præstatur, si alia uia damnum potest sarciri. Franciscus.

e ¶ Si ædibus meis. ¶ propriis.

f ¶ Et tuæ. ¶ scilicet, ædes. M.

g ¶ Existes. ¶ scilicet coram.

h ¶ Placet. ¶ sed perperam secundum P.

i ¶ Mouet me. ¶ scilicet ad dicendum, quòd non possit sibi facere caueri.

k ¶ Ipse. ¶ scilicet ego. Accursius.

l ¶ Meas. ¶ scilicet communes. sic ff. de uerb. signi. pupillus. §. fin. & suprà. de leg. j. l. v. §. fin. & de condi. instit. l. ij.

m ¶ Impensas. ¶ scilicet quas feci in communes ædes reficiendas. Accursius.

n ¶ Habui. ¶ & nullus nostrum habet domum propriam.

o ¶ Debere. ¶ scilicet pro uitio ipsarum ædium communium.

p ¶ Ipse. ¶ scilicet ego.

q ¶ Possim. ¶ & huic superiori dicto est contra suprà, communi diuidun. Sabinus. sed hic de reficiendo: ibi de nouo faciendo: ut argu. infrà, eo titu. l. fi ædes. Accursius.

r ¶ Pro parte. ¶ scilicet tua.

s ¶ Iudicio. ¶ spreto auxilio orationis diui Marci: quæ dominium socio reficienti assignauit: nisi intra quatuor menses impensas offerat, cum centesimis usu. ut suprà. pro socio. l. cum duobus. §. idem rñ. & C. de ædifi. priua. l. fi ut proponis. Accur.

t ¶ Cautionem. ¶ a socio meo pro parte sua mihi. Accur.

Ad omnia

a ¶ Ad omnia opera. ¶ quæ fiunt etiam in alieno iure seruitutis: & est sic suprà. manda. ff. si procurarorem. §. dolo. Sed argu. contrà suprà. de iudi. cùm prætor. in princi. Accursius.

QVi uias. ¶ CASVS. Aliqui uiam publicam muniunt propria authoritate. uicini timent damnum occasione huius munitionis debent eis cauere de dãno infecto.

¶ Si controuersia. ¶ Cùm ædificarem in quodam solo, uicini timebant damnum ex hoc opere. ego uolebam cauere absque fideiussore. cùm dicerem me dominum huius soli, uicini negabant me dominum: unde petebant satisdari. quæritur quid iuris sit, & dicitur quòd debeo satisdãr sub hac exce. scilicet si appareat me non dominũ. Franc.

b ¶ Muniunt. ¶ propria authoritate. Accursius.

c ¶ Debent. ¶ & ideo de damno infecto cauere debent, si propter priuatum commodum faciant: secus si publicè reficiatur ut suprà eo. si finita. §. fiue. & §. si publicus. H. & l. fluminum. in princip. Accur.

d ¶ Sub exceptione. ¶ sed ipse pure promittere debet: q̃ si sit dominus, repromittere debet: ut ff. eo. prætor. in princip. sed contrà ff. eo. si proprietarius. §. fin. Sol. ut ibi. Accur.

IN ædibus meis. ¶ CASVS. Ego & tu habebamus domum cõmunem: iuxta istam ego habebam quãdam domum meam propriam. hæc domus communis minatur ruinã meæ propriæ. peto à te ut caueas mihi de damno infecto pro parte, quam habes in domo ruinosa. quæritur an debeas cauere? & dicitur q̃ nõ, nam aliàm uiam habeo. possum enim reficere domum istam, & partẽ expensarum petere à te acti. pro socio uel communi diuidũdo. Et ad dicit simile. ego & tu habebamus domũ cõmunem: nec ullam aliam propriam ego habebam. hæc domus uidetur cadere: tu autem nõ uis reficere: si peto à te ut caueas mihi de damno infecto. quod sustinebo pro parte mea si tota domus cadat: non debes cauere. nam aliud auxilium habeo. possum enim reficere hanc domum communẽ, & expẽsas p̃ parte tua à te petere actione pro socio, uel cõmuni diuidundo. nam scire debemus quòd cautio damni infecti nunquam præstatur, si alia uia damnum potest sarciri. Franciscus.

e ¶ Si ædibus meis. ¶ propriis.

f ¶ Et tuæ. ¶ scilicet, ædes. M.

g ¶ Existes. ¶ scilicet coram.

h ¶ Placet. ¶ sed perperam secundum P.

i ¶ Mouet me. ¶ scilicet ad dicendum, quòd non possit sibi facere caueri.

k ¶ Ipse. ¶ scilicet ego. Accursius.

l ¶ Meas. ¶ scilicet communes. sic ff. de uerb. signi. pupillus. §. fin. & suprà. de leg. j. l. v. §. fin. & de condi. instit. l. ij.

m ¶ Impensas. ¶ scilicet quas feci in communes ædes reficiendas. Accursius.

n ¶ Habui. ¶ & nullus nostrum habet domum propriam.

o ¶ Debere. ¶ scilicet pro uitio ipsarum ædium communium.

p ¶ Ipse. ¶ scilicet ego.

q ¶ Possim. ¶ & huic superiori dicto est contra suprà, communi diuidun. Sabinus. sed hic de reficiendo: ibi de nouo faciendo: ut argu. infrà, eo titu. l. fi ædes. Accursius.

r ¶ Pro parte. ¶ scilicet tua.

s ¶ Iudicio. ¶ spreto auxilio orationis diui Marci: quæ dominium socio reficienti assignauit: nisi intra quatuor menses impensas offerat, cum centesimis usu. ut suprà. pro socio. l. cum duobus. §. idem rñ. & C. de ædifi. priua. l. fi ut proponis. Accur.

t ¶ Cautionem. ¶ a socio meo pro parte sua mihi. Accur.

v ¶ Quia. ¶ scilicet alio modo potest mihi prouideri.

x ¶ Sarciri. ¶ ut dictum est suprà. proximè.

y ¶ Sententia. ¶ & aliorum: ut suprà eo. l. damni. §. j. & ij. & l. qui bona. §. de illo. Accursius.

z ¶ Quo casu. ¶ subaudẽ eo casu.

Quia publicas muniunt ad priuatã vtilitatem, satisdare tenentur: secus, si ad publicam. Paulus.

¶ Pau. li. lxxviij. ad edict. LEX XXXI.

QVi uias publicas muniũt [b], sine damno vicinorum id facere debent [c]. ¶ Si controuersia sit, dominus sit, nẽ ne is, à quo cautio exigitur, sub exceptione [d] satisdare iubetur.

¶ *Qui habet ius reficiendi, non habet ius repetendi hanc cautionem. item ista cautio non cõmittitur ad id quod per aliam cautionem ordinariam peti potest. Bar.*

¶ Caius †. LEX XXXII.

SI ædibus meis [e] proximè sint ædes meę & tuę [f] quæritur, an si † hę vitiũ mihi fecerint, cauere mihi debeas p̃ damno p̃priarum mearum ædium, scilicet pro qua parte dñs existes [g]? † Et hoc plerisq; placet [h]. sed mouet me [i], q̃ ipse [k] meas [l] ædes reficere possim, & impensas [m] p̃ socio, aut cõmuni diuidundo iudicio pro parte consequi. Nam & si vnas ædes cõmunes tecum habui [n], hæque vitium faciant, & circa refectionem earũ cessare † videris, nostri præceptores negant cauere te debere [o]: q̃ ipse [p] reficere possim [q], recepturus pro parte, [r] quod impenderim, societatis uel communi diuidũdo iudicio [s]: & ideo interpositam cautionem [t] minus vtilem futuram: quia [u] alia ratione mihi damnum possit sarciri [x]. Et est planè nostrorum præcepto rum hæc sententia [y] ut credamus inutilem esse damni infecti stipulationem, quo [z] casu dãnum alia actione sarciri possit. quod [a] & in superiori [b] casu [c] intelligendum est.

† Paulus li. 28. ad edictũ prouinciale.

† aliàs deest hæ.

† aliàs deest Et.

¶ *Qui potest dãnum euitare per alium modum, non potest hanc cautionẽ petere. Item inquilinus si dubitat ruinã domus cõducẽ, potest inde recedere, dũmodo soluat pensionẽ ręporis præteriti. & ut locator hoc fieri patiatur, habet actionẽ ex cõducto. si autẽ non soluerat, potest locator retinere ppria authoritate inuecta & illata in domũ conductam, tanquàm pignora: debet tamen circa ipsa diligentiã adhibere. & si pereunt propter negligentiam non habitam, tenetur actu. pigno. Paul. cum l. sequen.*

¶ Vlpia. lib. xlij. Sabinum. L. XXXIII.

INquilino non datur [d] dãni infecti actio [e]: quia posset ex cõducto [f] agere, si dominus eum migrare prohiberet [g].

¶ Pau. lib. † x. ad Sabinum. L. XXXIIII.

VTiq; [h] si pro præterita [i] pẽsione † etiã satisfacere parat us fuerit, alioquin [k] iusta retẽtio pignoris dño fieri videreẽ [l]. Sed cedere cũ rebus tuis poteris agere ex conducto contra me, ut libere dimittam te exire. si autem pensionem pro tempore præterito non soluere, tunc possum retinere res tuas, cùm sint mihi tacitè obligatæ. & si ista pignora quæ retinui, interierint ex ruina uicinarum ædium: teneor etiam act. pig. non solùm ex conducto tibi emendare. si poterã istas res in tutiori loco posuisse. hoc dicit hæc lex cum l. seq. Franc.

a ¶ Quod. ¶ q. d. non solum in isto ultimo.

b ¶ Et in superiori. ¶ nisi in casibus: ut ff. eo. inter quos. j. respon. item uidetur huic l. cõtra sup. eo. in hanc. sed ibi loquitur cùm ille socius fortè uolebat reficere, & aliquid poterat ei imputari quòd non reficiebat hic bene uolebat ipse reficere: & sic non tenetur satisfacere de damno infect. uel uerius dic ut ibi. Item contra ff. tit. j. si tertius. §. uerũ a uice. & l. sequen. §. item. sed aliud in illa actione, quæ concurrit cũ alia. hæc autem non. Item contrà ff. eod. nam si nõ sit. & ff. eo. damni. §. j. sed soluens in d. l. nam si non sit. Accur.

c ¶ Casu. ¶ scilicet primo huius l. Accur.

INquilino. ¶ CASVS. Locaui tibi domum: hæc domus minatur ruinam. uel alia domus mea ibi uicina minatur ruinam superistam conductã. unde tu times damnũ in rebus tuis, quas in domo conductã habes: & sic petis, vt caueam tibi de damno infect. certè non audiris: sed tu poteris recedere cũ rebus tuis: dum tamen soluas pensionem pro tempore, quo stetisti. & si prohibeam te recedere cũ rebus tuis poteris agere ex conducto contra me, ut libere dimittam te exire. si autem pensionem pro tempore præterito non soluere, tunc possum retinere res tuas, cùm sint mihi tacitè obligatæ. & si ista pignora quæ retinui, interierint ex ruina uicinarum ædium: teneor etiam act. pig. non solùm ex conducto tibi emendare. si poterã istas res in tutiori loco posuisse. hoc dicit hæc lex cum l. seq. Franc.

† aliàs xx.

† aũs deest, etiam.

Inquilinus an cautionem de damno infecto petere possit.

¶ Adde q̃ dicatur esse factũ legitimè ex. i. c. fi. & ibi Inn. & doctor. extrà de libell. ob. & in c. consanguinei. & ibi Panor. de re ind. & in c. ea quæ. e. titu. & melius in c. di lecto. de re scrip.

d ¶ Inquilino non datur. ¶ contra eum à quo cõduxit, cum ipsa domus conducta uel alia domus locatoris uicina minetur ruinam super conductam ut & infrà l. proxima. unde inquilinus ueretur damnum tam in eo. quòd non poterit uti domo conducta: quàm in rebus quas intus habet: & dic non caueriut hic, & suprà eodem, qui bona. §. de illo. sed pro damno, quod timeat in alia domo, quam uicinam habeat conductor, petit sibi caueri, ut suprà eodem. damni. §. j. sed inquilino meo, &c. Item contra alium petit etiam pro damno inferendo in rem, & domum conductam: ut suprà eodem, qui bona. §. uicinis. & l. si filius. quæ sunt contra. uel in illa, qui bona. §. uicinis. & in illa, si filius. nolebat migrare: hic sic. prima secundum R. placet. Patet ex prædictis: quia inquilinus aut petit sibi caueri ab extraneo: quod potest: aut à domino pro domo conducta ruente, uel alia domini: & tunc aut pro damno quod timetur in domum conductam, & tũc non potest. aut in aliam, & tunc potest.

e ¶ Actio. ¶ ad petendam cautionem istam. nunquid ergo pro ea scilicet cautione petenda actio competit? Respond. nõ: secundum R. sed officium iudicis quod pro ea scilicet cautione habenda imploratur, actio hic appellatur: ut infrà, de act. & obli. l. actionis uerbo. Accur.

f ¶ Ex conducto. ¶ & interdicto de migrando: ut infrà, de migrando. l. j. Accursius.

g ¶ Prohiberet. ¶ quia iustam causam habet migrandi: ut suprà. eo. l. in hanc. §. penul. & suprà. loca. l. habitatores. §. fin.

h VTique. ¶ scilicet poterit agere ex conducto.

i ¶ Pro præterita. ¶ id est pro præterito tempore. Accur.

k ¶ Alloquin. ¶ id est si non fuerit paratus satisfacere. Accur.

l ¶ Fieri domino uideretur. ¶ ut sup. in quib. casi. cõtra. l. est differẽtia. & argumen. C. de pigno. l. iij. & ex quo ius permittit: non incidit in edi. diui Marci, neque in constitutionem. si quis in tantam. quæ includit. quia quod legitimè fit, non meretur pœnam: ut C. de iis qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

ve ætatis impetra l.j.& de admiñist.tu. sancimus.H.Azo.
a ¶ Quasi pignora.ʒ nam tacitè sunt obligata inuecta, & illata: ut ff.in quib.cau.pignus tacitè contra.l.licet.Accursius.
b ¶ Aedium, scilicet domini.
c ¶ Pignoratitia.ʒ non solùm ex conducto: uel dic non solùm prędicta. Accursius.
d ¶ Tutorem.ʒ & sic fuit in culpa: vt & C. de peric. tu. l. si respubli. sed si non fuit in culpa, non tenetur creditor: vt C.de pig.actio. l. pignus. & l. si nulla. item expone tutiorem, id est tutum: & sic non est participatio positini: quia locus in quo erat, tutus non erat. Accursius.
e IN parietis cōmunis.ʒ id est in cautione præstita propter communis parietis demolitionem si quæstio fiat, an committatur. Azo. Et dic secundum Azo. casum in his tribus ll. sic. Aedes meas proprias iuxta tuas habeo, & communi pariete meo & tuo sustentantur. tu vis demoliri communem parietem, & meliorem substituere: & ideo mihi petenti caues de damno infecto. facta demolitione eōtingit mihi damnum, ago ex cautione. quæritur an possim? Respon. cum distinctione: quia aut fuisti in culpa demoliendi: aut non fuisti: quod ex eo probatur, si paries demolit' mea & tua onera sustinere poterat: tu tamen sine causa es demolitus: & præstabis mihi omne interesse meum: qđ dic vt infrà eodem. nā si. §. quòd si fuerit. Si verò in culpa non fuisti, puta quia vitiosus erat, & minabatur ruinam, & ædium onera sustinere non poterat, & non teneris mihi: quia restituisti alium demoliendo veterem: sed quia malè restituisti. quod ih duobus casibus contingit: scilicet si paries restitutus sit sumptuosus, id est plenus sumptibus propter grossitudinem, & spissitudinem, & longitudinem, & quantitatem expensarum factarum: vnde ipsum cadere oportuit forte propter soli debilitatem, quod tantū parietem sustinere non potuit: vel aliquam similem causam. Item & si paries adeò fit debilis & subtilis. ut necessarium fit cadere. nam his duobus casibus teneris. Item & in primo omne damnum mihi præstabitur ex cautione, non act. communi diuid. quia in re communi nō contingit mihi damnum: sed in proprijs ædibus meis. unde cessat cō muni diuid. acti, ut ſ. communi diuid. arbor. §. fi per eundem. & ita solutur contrarium. supra. eo. fi ædibus. Accursius.
f ¶ Aptus.ʒ scilicet paries.
g ¶ Ferendis.ʒ scilicet meis & tuis.
h SEd ita.ʒ Quæ modo. alias in eo. & aliàs mero.
i NAm si non fit.ʒ scilicet ita idoneus ut utraque onera sustinere possit.
k ¶ Idoneus.ʒ scilicet primus. R.
l ¶ Nec deber.ʒ ita construe: & si quid contigerit, non debet teneri ex causa damni infecti is, qui demolitus &c. Vel dic, & idem est sensus, non debet teneri dam. infec. id est ex stipulatione de dam. infe. si quid contigerit ex causa. id est si aliquod damnum contingit ex demolitione. & secundum hoc dic ex causa, id est ex demolitione. Accur.
m ¶ Sumptuosus.ʒ q.d. nisi culpa demolientis damnum contingat nam propter damnum operis, quod ita erat ædificatum ut sustinere non posset, non tenetur is, qui demolitus est: aliàs autem, scilicet cùm erat bonus, est cōtra: quia committitur, bene dico, cū nō est idoneus, non committi ex demolitione: cùm non propter demolitionem quis cauet: quia demolitio fit propter fortuitum casum uitandum: ut sup. eod. fluminum §. hæc stipulatio. Accursius.

† Als Paul. lib. liiij. ad ædictum.
* Als Vlp. lib. xlij. ad Sabin.

ʒ Sūptuosè. Ordo lr̄ç.

& si quasi pignora [a] retinuerit, & ea interierint ruinà vicinarum ędium [b], potest dici etiam pignoratitia [c] actione locatorem teneri, si poterat eas res in locum tutiorem [d] transferre.

¶ *Si paries idoneus destruatur, vel non idoneus, sed vitiosè restituitur, stipulatio committetur ad interesse totale, hoc dicit. Bart. cum duabus ll. sequen.*

¶ Vlpianus.† LEX XXXV.

IN parietis communis [e] demolitione ea quęri oportet, si satis aptus [f] fuerit oneribus ferēdis [g], an non fuerit aptus.

¶ Paulus lib. x. ad Sabi. LEX XXXVI.

SEd ita idoneum esse plerique dixerunt, si vtrarunque ędiū onera, quæ modo [h] iure imponantur, communis paries sustinere posit.

¶ Vlpianus li. xlij. ad Sabi. L. XXXVII.

NAm si non sit [i] idoneus [k], vtique demoliri eū te oportuit: nec debet, [l] si quid damni ex ea causa contigerit, is, qui demolitus est, teneri: nisi † sumptuosus [m], aut parum bonus [n] nouus paries sit restitutus. Quòd si fuerit paries idoneus, qui demolitus [o] est, in actione damni infecti id venit, quanti interfuit actoris [p] eum parietem stare, & meritò. nam si non debuit demoliri ¶: restituere eum debet proprio sumptu. Sed & si quis redi-

m ¶ Sumptuosus.ʒ id est sic plenus sumptibus. vt cadere oportuerit.
n ¶ Parum bonus.ʒ id est subtilis & debilis: & ita malè in vtroque casu, vt cadere oportuerit. Accur.
o ¶ Qui demolitus.ʒ id est destructus.
p ¶ Interfuerit actoris.ʒ hoc est contrà. ſ. e. si ædibus. vbi cùm detur cómuni diui. hæc cautio non tenet. Sol. hæc illā corrigit: uel aliud est cùm destruitur, ut hic: aliud cùm vitium facit: ut ibi. uel dic, vt dixi modo in l. in parietis. in fi. glo. & facit ut omne interesse veniat: ut ſ. e. in reficiendo. & l. damni. §. fin. & l. ex damni. §. j. & ſ. eo. in hanc §. fi. Accur.
q ¶ Demoliri.ʒ scilicet paries: & demolitus est. Accur.

tus ob demolitionem amissus est: consequenter restitui eum Sabinus voluit. Si fortè habitatores migrauerint, aut non tam commodè habitare possint, imputari id ædificatori potest.

¶ *De damno contingēte ante traditionem emptor non cauetur: nisi cùm ad eum custodia pertinet. hoc dicit. Bart.*

¶ Paulus lib. x. ad Sabi. L. XXXVIII.

CVm emptor ędium ante traditam sibi possessionē, ideo inutiliter [r] stipulat, quia vēditor omnē diligentiā [s] ei præstare debet, tūc certè vtiliter stipulatur [t], cùm omnis culpa à venditore † aberit: veluti si præcariò emptori in his ædibus esse permisit [u], custodiáq; ei [x] abfuturus [y] tradidit.

¶ *In prædio rustico fit missio in partem tantùm, in prædio vrbano quandoque in totum, quandoque in partem causa cognita. Bartol.*

¶ Si agri [z] nomine non caueat, in eam partē agri mittendus est ex qua periculū [a] timetur: eiusq; rei [b] ratio hęc est, q̄ in ædificijs partes quoq; reliquę † ad vitiosam [c] partē traherent. at in agris nō idem est. Sed dicendū est, vt in domibus quoq; maioribus interdū causa cognita Prætor statuere debeat, i cuius partis possessionē is, cui nō caueatur, mitti debeat.

¶ *Pone casum quando vnus ex sociis communis parietis ipsum refec ex causa necessaria. P.*

¶ Deducto [d] veteris parietis prędomo timetur damnū. At pars agri ruinosa non sic tran[illegible]am partem agri. Quod autem de domo dictum est, fallit in casu. nā si domus mea amplissima est, & una particula eius minetur ruinā, ita q̄ si caderet, non sit verisimile quòd aliam domum traheret secum, & peratur à me cautio. & nolo cauere: tūc aduersarius meus est tātùm mitrēdus in poſſ. partis ruinosæ. ¶ Deducto.ʒ Pone casū ut in glo. Frā. Accur.
r ¶ Inutiliter.ʒ pro damno contingente ante traditionem. Ot. sed pro damno contingente post traditionem bene potest stipulari antequàm sibi tradatur res: ut infrà. eo. titu. damni. §. emptor.
s ¶ Diligentiam.ʒ ut & supra. de periculo & commo. rei uenditæ. l. custodiam. & supra. de act. empti. uenditor. Accur.
t ¶ Vtiliter stipulatur.ʒ siue expresè comprehendendo damnum ante traditionem cōtingens, siue simpliciter stipuletur: ut not. supra. eod. damni. §. emptor. Accursius.
v ¶ Permisit.ʒ scilicet uenditor.
x ¶ Ei.ʒ scilicet emptori.
y ¶ Abfuturus.ʒ uenditor: uel contra ei emptori, qui erat abfuturus sed prima placet. & facit ut precariò data uideatur quo ad quid: ut supra, de act. empt. l. Iulianus. §. ex uendito. ibi, poſſ. autem.
z ¶ Si agri.ʒ pro quo est cauendum propter timorem ruinæ aggerū uel arborum cadentium cum ruina in uineas uel segetes, uel domum meam: ut supra. eo. fluminum. §. item apud Iulianum. Accur.
a ¶ Periculum.ʒ scilicet ruinæ.
b ¶ Rei.ʒ scilicet q̄ pro parte ædis ruinosæ si nō caueat, fit missio in totam: ut & ſ. eo. si finita. §. si verò. Si verò pars agri minetur ruinam: fit missio in partem: tantum minantem si nō caueat: ut ſ. proxi.
c ¶ Vitiosam.ʒ ut & plenè habes ſ. eo. si finita. §. ex hoc. Accur.
d ¶ Deducto.ʒ ego & tu habebamus domum uitiosam, timebam mihi damnum dari, refeci ipsam: potero à te repetere si quid impendi, hac consideratione habita, ut primo detrahatur quod posui de ueteri pariete, & quod apud me de ueteri remansit, & de reliqua

† Flor. abierit.

† A vitiosa parte.

Casum ponit.

reliqua impensa feram partem meam, uel per actionem pro socio, uel communi diuidundo. Vel pone casum secundum R. Petebam à te cauere de damno infecto pro pariete tuo itioso. te non cauente fui missus in possessionem ex primo decreto, refeci eum parietem ex eadem materia, quæ antè erat, addens de meo: & aliquid retinui de ueteri quod nō reposui. nunc repeto expensas, quòd posū: ut supra eodem l. in hanc & l. si finita. §. si iam ruerint. Tria considerabuntur. Primo, quod remansit apud me ex ueteri. Secundo, quod de meo ibi reposui. Tertio, quod de ueteri materia ibi reposui. & sic omnibus inspectis habebo quod mea interest. Et secundum Irne. dic secundo, causisti mihi de damno infecto, & postea cecidit domus tua in parietem meū, quem refeci. emendabis mihi eo prætio, quo erat prius: & non computabitur, quod modò ualet plus: nec id quod de ueteri in eundem est repositum argumen. infrà l. proxim. §. fina. & secundū istam expone semper æstimari ad hoc, ut non veniat. Accursius.
a ¶ Pretio.ʒ id est materia primi parietis, quæ apud me remansit: uel eius æstimatione: ut ipsa, scilicet mihi non restituatur. uel secundum aliū deducto pretio, id est facta cōputatione pretij ueteris parietis: ut ipsa restituatur. Accursius.
b ¶ Amplius sit.ʒ scilicet expensum pro nouo ædificando secundum utranque expositionem.
c ¶ Ex ueteri.ʒ scilicet materia.

† Tu vide q̄ casu huius §. Francisc. de Arez. sino 92. incip. decidi pulchrā q̄nem.

tio [e], siquid amplius [b] sit, ęstimari debet †: & si quid ex veteri [c] in nouum coniectum sit, deduci æstimationem oportet.

¶ *Si in pariete cōmuni vnus ædificat vel vterque, & alter habet pretiosiora ædificia, cautio ab initio exigitur. Bar.*

¶ Pōpo. li. xxj. ad Sabi. L. XXXIX.

INter quos [d] paries communis est, ædificiorum nomine, quæ quisque propria habet, stipulari damni infecti solet: sed tūc ea cautio necessaria est, cùm aut alter solus ædificat [e], & vitium ex opere futurū [f] est: aut alter § prętiosiora ædificia habet, & plus damni sensurus [h] est decidēte pariete. aliotē equale periculum est, quā- præscino [i] quis præstat, tātum alifice [k] consequitur.

¶ *Si duo contendant de dominio domus ruinosæ, vnus cauendi pertinet ad possessorem: qui si aliquid præsiterit ex cautione, & postea succumbit in quæstione dominij, repetit à vero domino: & si cauere detrectat, possessio eius transfertur in peretentem cautionem. Paul. de Cast.*

¶ Si † dominus [k] in controuersia sit, dicendū est, dāni infecti onus

† als dns.

† Imputari.

† aliàs trāsferant. als trāsferēdā.

† als si qd ī supficie dā ni.

possessoris esse: cùm id, quod prēstiterit †, imputare domino prędij posit [m]. Quòd si non caueat, possessionem ad petitorem, qui damni infecti sibi [n] caueri velit, † transferat. Nam iniquum est, stipulatorem compelli, relicto prędio, ex quo damnum vereatur, dominum quærere [o].

¶ *Ista stipulatio præstatur pluribus, & ad plurium interesse committitur. Bart.*

¶ Dāni infecti stipulatio latiùs [p] patet: & ideo & ei, qui superficiariam insulam habet, vtilis est ea stipulatio, si † quod in supficie damnū [q] datum fuerit: & nihilo minus etiā soli domino vtilis est, si solo damnum [r] datum fuerit, vt tota superficies tolleretur. fraudabitur enim dominus soli in pēsione percipienda [s].

¶ *Qui petit cautionem alieno nomine debet habere respectum ad interesse illius, cuius nomine petit. & si dubitatur de eius mandato, debet cauere de rato. & in cautione debet apponi clausula, quòd ita demum teneat de rato cautio si verus procurator non est: & postquàm cauit de rato. non potest sibi obijci, quòd non sit procurator. Paul.*

d ¶ Inter quos.ʒ in principio huius legis ponitur dictum generale. & illud postea restringitur ad duos casus.
e ¶ Aedificat.ʒ super communi pariete, uel iuxta eum: uel id est reædificat communem parietem, uel erigit eum altius. uel onerat solus.
f ¶ Futurum est.ʒ opinione hominum inspecta. Accur.
g ¶ Aut alter.ʒ retento quòd alter socius ædificabat solus: & præterea dico damnum aliquod non timetur sito operis iam facti, uel soli. Vel dic quòd hoc casu uterque uel neuter ædificat. primum tamen magis quibusdam placet, cum neutro ædificante denegatur cautio: quia utrique potestas est reficiendi: ut supra eodem. fi ædibus. nec vtroque ædificante, ut infrà eodem l. ex damni. §. quoties. in fi. §. quæ est contra. Alij dicunt hunc casum corrigi per id quod ibi dicitur. Alij, vt Io. legunt aut, pro &: quasi hæc duo sint necessaria: & unum non sufficiat: ut d. §. quoties. Vel aliter ut ibi dices Ac.
h ¶ Sensurus sit.ʒ quàm pateretur is, qui ædificat super communi pariete: & tunc licet adhuc non timeatur ex opinione hominum damnum: tamen quia facile posset contingere propter extructionem operis alterius, & quia hic qui timet nec ædificat, habet pretiosiora ædificia, quibus imminere possit damnum. præstatur ei cautio. Si autem uterque ædificaret, non præstaretur cautio, licet præstita posset committi. t infrà eodem, l. damni. §. cum pariete. hoc non placet. uel melius secundum Azo. distingue ut primus sit casus cum alter solus ædificat: secundus autem, quando uterque: & tunc cauetur si unus est maius damnum passurus, quàm alter: ut hic. sed an possit agere, dices infrà eod. l. ex damni. §. quoties.
i ¶ Vicino.ʒ id est socio.
k ¶ Ab eo.ʒ socio scilicet communi diuidun. iudicio inter se intentato secundum quosdam: quod non placet quia in re communi damnum non contingit: ut ſ. communi diuidun. arbor. §. si per eundem. & ſ. usufruct. quemadmo. caue. l. antepenul. dic. ergo, consequitur: i d est consequi posset utrunque ex interposita cautione: quod tmen fieri nō debet: ut supra eod. si ædibus. & infrà eo. l. ex damni §. quoties nisi in duobus casibus. ut modo dixim quibus etiam loquitur lex supra. eod. Lin hanc. & est ratio secūdùm quosdā, quia in diuiduus erat paries, & sic cessat communi diuidun. Item nec communis est ex societate, & sic cessat pro socio: unde hæc cautio in subsidium præstatur: uel ratio est ad instar ueſtibuli: ut supra, communi diuidun. l. arbor. §. de uetio. Alij exponunt hunc finem ut quantura alter sociorum præstat uicino uel socio occasione socij, cuius culpa damnum datur ex communi pariete: tantum ab eo socio consequatur per communi diuidundo iudicium: quod non placet.
l ¶ Si dominus.ʒ id est qui dicit se dominum esse. & agit rei uendi. ad domum contra possidentem: & I possidente petitur cautio ab exneo. Azo aliàs domus.
m ¶ Posit.ʒ ut & argu. C. de petiti. hæred l. fin. & hoc est uerum etiā si malæ adei possessor sit. Accur.
n ¶ Sibi.ʒ scilicet petenti.
o ¶ Quærere.ʒ sic & C. ubi in rem acti. l. i. Accur.
p ¶ Latius.ʒ ponit comparatiuum pro positiuo.
q ¶ Damnum datum.ʒ id est dari uetitum: ut & supra eod. l. qui bona. §. & superficiarum.
r ¶ Damnum datum fuerit.ʒ quo ad suspicionem eorum qui damnum uerentur. R. qualiter autem dammum datur solo, subsicit. Accur.
s ¶ Percipienda.ʒ remitti ſ ergo superficiario pensio propter metā ruinæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

ruinæ,uel propter ruinam: sicut & pensio emphyteuseos: ut C.de iure emphyt.l.j.& merces conductoris:ut & ſ.eo.l.in hanc.& l. nã ſi nõ ſit. & ſuprà loca.l.habitatores.§.fi.& l.ex conducto.§.ſi quis.& §.cũ quidam.& § Papin.& ſic ſunt hic argu. pro (ɔcerdotibus vltramõtanis, qui facta excõmunicatione nil percipiunt: unde ad cenſum teneri nõ debent.Accurſius.

† Senten ges reputãt iſtum text. fin.ad hoc, q procura tor falſus poſtquã eſt admiſſus i judicio, cũ cautiõe de rato:nõ po teſt ampli⁹ repelli: q a per illã eſt effectus legitim⁹. qđ itellige, ut hic in ſecũ dis interpre.Bo.

† Non qui non adgra uet.

† Aliàs Põ po. li. lxiij.

† Als xliij.

ADDITIO. Pro iſta gloſſ. facit ea. quia diuerſitatem. extrà de concef. præben.

a ¶ Licet, ʒ ſtipulatur ergo procurator: ut hic: & ſuprà eodem prætor. in princip. & l. qui bona.§. ſi alieno.& domini inſpicitur utilitas uel intereſſe: ut hic, & ſuprà ſi q⁹ cau. l.penul.

b ¶ Debebit.ʒ ut infrà rem ra. hab. l. amplius. alias non ſolùm. & ſ. de procur. l.Pompon. §. ſi ſtipuletur. & quære ut ibi.

c ¶ Inferenda. ʒ ab eo qui promittit de damno infecto, vt dicat ſe non teneri ſi apparuerit falſus procura. uel dominus non haberet ratũ: uel econtra die inferenda à procura. ut non teneatur ex ſtipu. de rato ſi apparuerit eum eſſe uerum procuratorẽ, uel dominum habere ratum. & ſic dicitur exceptio procuratoria, cum non ſit procurator uel ſit, ut dictum eſt: aliàs, dicitur procuratoria exceptio, quando non poteſt eſſe procurator: vt ſuprà mand. ſi fideiuſſor. §. quidam. & de prob. in exceptionibus. §. ſed & ſi procuratoria. Itẽ not.hic ar. pro opinione noſtra, qui dicimus eſſe in electione procuratoris uel probare mandatum, uel ſatiſfdare: ut not.C.de proba.l.j.

d ¶ Legatorum.ʒ nam & in ea ſtipulatur procurator legatarij,& ſatiſdat de rato.ut hic,& ſ.de procu. Pompo.§.ſi ſtipuletur.& ut le.no. ca.l.j. §.ſed & procuratoribus. & inſeritur hæc excep.ut hic,& ar.ſ. titu.j.l.de pupillo.§.qui procuratorio.Accurſius.

e ¶ Non cauebitur.ʒ poſtquam cauerit de rato.R.

f ¶ Procuratoria.ʒ id eſt quòd non ſit procura.uel aliter accipitur ut modo not.

g ¶ In æſtimando.ʒ ſi totus paries uetus ruat occaſione uicinarum ædium,de quibus promiſſum eſt damni infecti:æſtimabitur impenſa noui parietis facti.ſi uero uitioſus factus eſt,æſtimabitur impenſa refectionis,utrobique tamen moderata: quia illud eſt attendendum, q melioré habet modo parietem: & quia ſi in ueteri erat uoluptaria impenſa,non debet æſtimari.

h ¶ In ueterem.ʒ id eſt ſecundum ueterem eius cultum.R.

i ¶ Aggrauet.ʒ q.d.non omnino uetus cultus æſtimatur: quia non picturæ uel ſimilia: quia hæc aggrauarent nimis promiſſorem:ut. ſ.l. proxi.in fi.ſecũdum R.uel dic qui cultus,id eſt quæ refectio.uel ſuſtẽtatio facta ab uno ex ſocijs aggrauaret alium nimis uoluptarijs, ſcilicet factis impenſis. & ſic facit loqui in cõmuni pariete de quo loquitur.ſ.eod.in parietis communis.& l.ſequen.& l.inter.& j,eod. l.in re ficiendo.Item facit ad §.ſuprà.l.proxi.§.fi.

EX damni.ʒ CASVS. Stipulatus fui à te damni infecti,& poſtea ruit domus tua ſuprà meam, & eam deſtruxit, & cruſtã ſiue picturam quæ erat in domo deſtruxit.non æſtimatur hoc damnum in cruſtationis ſiue picturæ. ¶ Quoties.ʒ Ego & tu habebamus parietẽ communem,& ibi iuxta habebam domum propriam,paries cõmunis uidebatur cadere: petij à te cautio.damni infecti, & eam præſtitiſti. tandẽ cecidit,& dedit mihi damnũ.quæritur an tenearis mihi emẽda re.dicitur quòd non. Sed pone quòd tu parietem cõmunem ita præſtiſti:ſiue onerati,quòd ob hoc cecidit:tũc teneberis. Sed pone q⁹ ego & tu ſimul oneraueſimus.& ob hoc cecidit domus:& debit damnũ in tuis rebus, & etiam in meis,tunc non teneberis:ſiue æquale⁹ damnum

¶ Alieno † nomine ſtipulari ita licet [a], vt quod damnum domino datũ ſit,comprehendatur. Cauere autem debebit [b] is,qui ſtipulabitur, dominum ratam rem habiturum: exceptioq; procuratoria ſtipulationi inſerenda [c] erit,ſicut in ſtipulatione legatorum [d]. Quòd ſi ei non cauebitur [e], mittendus eſt in poſſeſſionẽ procurator omnino,vt ei exceptio,pcuratoria [f] nõ nõceat, ¶ In æſtimando [g] nouo pariete ratio haberi debet eius impenſę, quæ modum probabilem non excedit, in veterem [h] eius cultum † non qui aggrauet [i].

¶ Vlpianus li. †lxiij.ab Sabi. † L. XL.

z ¶ Capi posse. ʒ quia dominum scire oportet se possessionem habere: ut ẽ. eo. l. sequitur. §. tunc.

a ¶ Statui. ʒ id est, si diceremus quod in meam potestatem redisset. Accursius.

b ¶ Captiosum erit. ʒ colludentibus procuratoribus, & pacisscentibus cum furibus. Et nor. quòd captio cessatur: sic supra quod metus cau. si cum. §. aliquando.

† xxiij. Scribentes hic istũ text. reputant fin. ad hoc prop. q̃ si acquiratur nobis per illum, quem credimus seruũ esse nostrum, qui in ueritate non est: & per liberũ hominem, quem bona fide possidemus, ut instit. per quas perso. no. acqui. §. item placet. tamen secus in eo, quẽ credimus filium, & nõ est, & ex hoc optime probat diuersitatis rationes. Bolog.

† libr. vij. Membrana.

† alis Marcianus lib. iij. Institutionum.

† lib. v. Regularum.

Possessio an possit per generalem procuratorem acquiri.

Captio ut tanda.

Cùm

CVm uir. ʒ CASVS. Si uir fundum dotalem uendidit, non uallet uenditio: sed si mulier decedat in matrimonio, & uir lucretur dotem ex forma pacti initi inter eos cõfirmatur uenditio. Idem est, si rem furtiuam uendidi, tandem successi domino rei. nam confirmatur uenditio. Franciscus Accursius.

† Lex ista concor. ad id quod uõluit glo. in c. j. §. nolẽs itaq; uerb. Exceptis illis. de colla. in prag. sanc. in uerbo, toleranda. ad medium.

† libr. xxij. quæstionũ.

a ¶ Dotale. ʒ prædiũ dotale dicitur datũ æstimatum: ut C. de rei uxo. act. l. unic. §. pen.

b ¶ Non ualet. ʒ ut instit. qui. ali. li. in princ.

c ¶ Quam. ʒ scilicet, uenditionem.

d ¶ Conuenit. ʒ inter sapientes: & tunc uerbum conuenit, est præteritum. Vel dic q̃ fit præsentis temporis. i. conueniens est. Sed contra. ẽ. de reg. iur. quod in initio. & l. qui ab initio. Sed dic, non contralescit solo tempore, ut ibi, sed alio cooperãte sic, ut hic: uel non contualescit de rigore, ut ibi: sed de æquitate ope exceptionis sic, ut hic. Item contra. C. de capti. l. nec nos. Sol. q̃ ibi dicit non obesse, quod fecit, cùm non erat dominus. ſquo minus sit hæres: obest tamen ut a uendicanda excepit. repellatur. Item contra supra qui, & à qui. si seruo. Sol. ſm quosdã, aliud in libertate, pro quã si eam dat, non obligatur, aliud in his cõtractibus. Vel dic, ut ibi. Item ar. contra supra de hære. instit. si alienum. i. respon.

e ¶ Si tota. ʒ maximè, quia idem, si solum illum fundum esset lucratus. Alias si lucretur uir dotem ex pacto, ex pſona mulieris posset uendicare, non sua: cũ contra suum factum uenire nõ possit, ut C. de reuo. don. l. cùm ꝓpiteas. Sed & tunc, scilicet, si agetur ex persona mulieris, posset exceptione repelli: ut supra de enict. l. uendicantem. Accursius.

f ¶ Exiterit. ʒ ut confirmetur, non quòd statim sit emptor dñs: sed fortè definit esse uitiosa: & facit supra, de contrahen. emptio. si in emptione. §. item si emptor.

HAeres. ʒ CASVS. Si Titius emit rem alienam bona fide, & decessit, & tandem tradita est eius hæredi scienti alienam, dicitur q̃ hic hæres non usucapiet secus aũt est si Titio tradita est, & tandẽ p uenit ad eius hr̃dem: nã mala fides hæredis non impediet usuca. ceptã a defuncto. ¶ Patrẽ. ʒ si mandante patre filius emit rem alienã, siue pater sciat rem alienam, siue filius: impeditur usucapio. Fran. Accur.

g ¶ Hæres eius. ʒ emptoris.

h ¶ Ipsi. ʒ hæredi.

i ¶ Tradita sit. ʒ secus si defuncto, quamuis ipse malæ fidei sit: ut ẽ. pro empto. l. ij. §. si defunctus. & supra, de publi. l. eum qui. §. in hac. & hic subijcit: cui est contra supra tit. j. l. Pomponius. in fin. quia requiritur bona fides tempore emptionis, & traditionis.

k ¶ Scientia. ʒ re tradita defuncto. Vel dic, scientia. i. propter hæredis scientiam.

l ¶ Propter suam. ʒ ſ. patris.

m ¶ Scientiam. ʒ si mandante patre. ſ. filius emit nomine suo, utriusque scientia nocet: ut hic. Item si patris noie. i. si tempore contractus sciuit uterque, uel alter: ut hic, & infra pro emp. l. ij. §. Celsus. in fi. §. Sufficiat uterque, uel alter: ut hic, & infra pro emp. l. ij. §. Celsus. in fi. §. Sufficiat uterque, uel alter: ut hic, & infra pro emp. l. ij. §. Celsus. circa prin. In prin. In seruo dic, ut supra de ædil. edic. l. cùm mancipium. & sic ad hoc facit supra de contrah. emp. l. in huiusmodi & infra pro empto. l. ij. §. si seruus. & §. seq. & supra de li. cau. l. imò. §. fi. Sed arg. contra. ẽ. de iur. & fac. igno. l. iniquissimum.

IVsto. ʒ CASVS. Arrogaui Titium in filium meum non põte principe: & sic arrogatio non tenet: nunquid per istum Titium acquiritur mihi ex re mea? Dr̃ q̃ non: licet secus, si liberum hominem emam tanq̃ seruum: nã per eũ mihi quæriẽ: & quæ sit ratio diuersitatis dicit.

¶ Papin. lib. iij. quæst. LEX XLII.

CVm vir † prædium dotale [1] uendidit scienti, vel ignoranti rem dotis esse, venditio non valet[b]: quam [c] defuncta postea muliere in matrimonio confirmari conuenit[d], si tota [e] dos lucro mariti cessit. Idem iuris est, cùm is, qui rem furtiuam vendiderit, postea domino hæres extiterit[f].

¶ *In vsucapione inchoanda per hæredẽ, mala fides eius nocet: secus in cheoata per defunctum. Pau. de Cast.*

¶ Idem. † LEX XLIII.

HAeres eius [g], qui bona fide rẽ emit, usu non capiet sciẽs alienã, si modò ipsi [h] possessio tradita sit, [i] continuatio verò nõ impedietur hæredis scientia [k].

¶ *In quæsitis per filiumfa. tam mala fides ei q̃ quam etiam patris, impedit vsucapionem inchoari. Pau. de Cast.*

¶ Patrem nõ vsucapturum quod filius emit, propter suam [l], vel filij scientiam [m], certum est.

¶ *Per filium putatium nobis non queritur: secus per seruum putatium. Bar.*

¶ Idem lib. † quæst. LEX XLIIII.

IVsto † errore [n] ductus Titium filium meum, & in mea potestate esse existimaui, cùm arrogatio non iure [o] interuenisset. Eum ex re mea mihi quærere non existimo: non enim constitutum est in hoc [p]: quod in homine libero, q̃ mihi bona fide seruit, placuit. Ibi enim propter assiduã, & cotidianã comparationem seruorum ita constituti, publicè interfuit [q]. Nã frequenter ignorantia [r] liberos emimus: non autem tam facilis, & tam frequens adoptio vel arrogatio filiorum est.

¶ *Vendens rem alienam præter voluntatem domini, transfert dominium, si tempore traditionis domini voluntas adest. Pau.*

¶ Constat, si rem alienam scienti mihi vendas, tradas autem eo tempore, quo dominus ratum habuit, traditionis [s] tempus inspiciendũ, remq; meam fieri [t].

¶ *Quantum ad bonam fidem, initium possessionis inspicimus quo ad rem ipsam: & etiam quo ad ea, quæ procedunt ex ea. B.*

¶ Etsi † possessionis, non contractus [u] initium, quantũ ad usucapionem pertinet, inspici placet [x]: nonnunquam tñ euenit, vt nõ initium præsentis possessionis [y], sed causam antiquiorem traditionis, quæ & bonam fidem habuit, inspiciamus: veluti, circa partum eius mulieris [z], quam bona fide coperit quis possidere. Non enim ideo minus capietur [a] usu puer, quòd alienam [b] matrem priùs q̃ enitteretur [c], esse cognouerit. Idẽ in seruo postliminio [d] reuerso dicendum est.

¶ *Tẽpus, quo iacet hæreditas, cẽputatur in vsucapione cœpta per defunctum, vel etiam per seruum hæreditarium iacẽte hæreditate ex causa peculiari. Pau. de Cast.*

† intelligẽdum hunc §. ut non sufficiat scire alienam esse nisi & cuius sit sciamus ancillam ut non usucapiat. uid. per Io. Hannibal. in l. natura liter. n. 84. supra eod. titu.

¶ Eum, qui. ʒ Vsucapiens factus est furiosus, usucap. nihilominus procedit. ¶ Si cũ apud hostes. ʒ Pater, aut dñs captus ab hostibus est: interim filius, uel seruus emit rem a non domino: nunquid interim procedit usucapio? Et distinguitur si seruus, aut filius emit rem ex eã peculiari, tunc procedit interim usuca. si autem non ex eã peculiari, tunc non procedit usuca. nisi pater, aut dominus decedat in captiuitate. Fran.

n ¶ Iusto errore. ʒ in prin. huius l. no. differentiam inter filium putatiuum, & seruum putatiuum.

o ¶ Non iure. ʒ quia non coram Principe, uel magistratu: ut instit. de adoptio. in prin.

p ¶ In hoc. ʒ filio arrogato.

q ¶ Interfuit. ʒ ex re mea, & eorum opera acquiratur: ut supra, de acquir. re. do. l. acquiritur. §. de his.

r ¶ Ignorantia. ʒ ad hoc supra, de contrahen. emptio. l. & liberi. & l. quia difficile. item & supra, de leg. & Senatusconsul. l. ex his. & l. nam ad eam. & supra, tit. j. l. per eum. & l. quicquid. in fi. & argu. supra de lega. j. si seruus plurium. §. fi.

s ¶ Traditionis. ʒ & non emptionis.

t ¶ Rem meam fieri. ʒ qualiter ergo usucapiam: ut supra eo. l. sequitur. §. Iana? Respon. contra creditorem aliquem, qui habebat ius in re: ut C. si aduer. credi. l. j. & ij. & facit ẽ. de pign. si fundum. §. j.

u ¶ Etsi possessionis, non contractus. ſ subaudi, tantum.

x ¶ Placet. ʒ Imo utrunque: ut infra pro solu. l. iij. & pro empt. l. ij. in prin. quæ sunt contra. Sol. hic subaudi, tantum. q. d. non tantum contractus tempore, sed etiam poſſ. Vel dic hic in alijs cõtractibus: secus in ueditione.

y ¶ Præsentis possessionis. ʒ quæ à me incipit cùm nascitur puer.

z ¶ Mulieris. ʒ fit mulier furtiua uel non.

a ¶ Capietur. ʒ quæ a me incipit cum nascitur puer, & est usucapio pro suo, cùm non habeatur in eo titulus.

b ¶ Quòd alienam. ʒ sed non furtiuam sciui, alioquin impeditur usucapio: ut ẽ. eo. l. sequitur. §. de illo. & ʒ. pro suo, fi ancilla, quæ sunt contra.

c ¶ Enitteretur. ʒ post conceptionem.

d ¶ Postliminio. ʒ quem dominus putatiuus possidebat. & usucapie bat: sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

bat: sed licet interrupta sit possessio, & usucapt. & nō aperet postliminij fictio ad posſ. interruptam, quasi non sit interrupta: tamen propter bonam fidem quā habui aliquādo in seruo antè, quàm caperetur: & nunc uideor habere bonā fidem, licet malam habeam. Nam sæpe ius fingit eum habere malam, qui habet bonā, secundū Io. Et idem dicas, secundum Azo. de peculiaribus, quæ possidebat, & usucapiebat dominus ignorans, & tempore reuersionis serui habet dominus malam fidem: nam inspicitur principium. Et est speciale in seruo, & eius peculio: aliàs contra supra e.l. si is.§. si quis bona. & facit supra titu. j. si de eo.§. pe. & §. eo. si is.

† Iste text. est sing. ad hoc propositum, q̄ error iustissimus habet uim traditionis, hoc uerbo etiā addito, q̄ error iustus habetur p̄ titulo quo ad præscribendum Bo. Cōcor. te x. in cap. dilectus. extrā de consuet. & not. Ant. de Butr. in c. Apostoli cæ extra, de donat. & Alex. in l. Celsius supra eod. tit.

† Dominij, in P. F.

a ¶ Hæreditatis. § sciliçet iacentis.

b ¶ Datum est. § ut supra e. eo. tam. Accur.

c ¶ Hæreditarius. § nunc. s. non tunc cum emit. sed uiuebat dominus: aliàs si nunc emit, tempus aditæ hæreditatis inspicitur. ut infra eo. l. si. §. fi.

d ¶ Comparauit. § & per traditionem accepit.

e ¶ Defunctus. § qui emerat. Accur.

f ¶ Cęperat. § per se ipsum.

g ¶ Singulari. § aliud de iure communi: ut supra eo. l. fin. & sic supra eo. l. rerum. §. Labeo.

h ¶ Ignorarer. § quia ignorabat patrem mortuum.

i ¶ Cur non capiat usu. § q. d. concedendum est, q̄ usucapiat, quamuis &c. & allegat rationem, quare videbatur contra, sed non est. Sed certè imo uidetur contra. ut §. eo. fi fur §. j. Solu. ibi in iure erraui: hic in facto, quia non putabat se patremfam. Vel illud est, cum putabat quis sibi non licere, i esse licitum: hic uerò non putabat esse illicitum: arg. supra de pac. iurisgentiū. §. sed si fraudandi. Vel ibi in re, quæ usucapiebatur: hic in persona usucapiente.

† In P. Fl. felicīū est.

Vel ibi nec sibi, nec alij credidit posse usucapere: hic sic alij.

k ¶ Per errorem. § facti, non iuris, qui usucapioni non prodesset: ut supra e. l. nunquam.

l ¶ Arbitretur. § quia credit se filium famil.

m ¶ Nec possidere. § ipse per se: sed pater per eum: ut supra titu. j. l. possessio. §. primo.

n ¶ Idem dicendum. § ut usucapiat.

o ¶ Emptam. § per patrē à non domino, non tamē traditam eis: sed filius forte iusta opinione ductus dum inuenit eā in hæreditate, putauit defuncto traditam: & sic per hæreditatem ad se peruenisse, usucapiet quidem titu. pro emptore: quia scit defunctum emisse, & putat ei traditam non leui præsumptione fuisse.

p ¶ Non leui. § Idem si leui, secundum Hu.

q ¶ Non mutat usucapio. strictè pro triennio accipe: secus in præscriptione: ut C. si aduer. cre. l. j. & ij.

r ¶ Non potest. § per usucapionem proprietatis. ut §. de usufru. l. locum §. proprietarius. ipse autem usufr. per se etiam non potest usucapi, cùm incorporalis sit: ut §. de serui. l. seruitutes.

s ¶ Potest. § longo tempore: usucapitur autem tanto tempore, cuius non extet memoria.

t ¶ Coniungitur. § ut & §. de pig. l. i. §. cùm prædium. & dic ut ibi. & C. de pig. l. usucapio. facit j. pro hærede. l. ij. in prin. Et arg. contra. §. de usufruct. le. l. ij.

v ¶ Afferat. § hoc enim non debet esse: ut j. de parricidiis. l. pe. in fi.

¶ Nondum aditæ hæreditatis [a] tempus usucapioni datum est [b], siue seruus hæreditarius [c] aliquid comparauit [d], siue defunctus [e] usucapere cœperat [f]: sed hæc iure singulari [g] recepta sunt.

¶ *Error in facto non impedit usucapionem. Item circa traditionem sufficit error iustissimus. Barto.*

¶ Filiusfa. emptor † alienæ rei cum patrem fam. se factum ignoraret [h], cœpit rem sibi traditam possidere. Cur non capiat usu [i], cum bona fides initio possessionis adsit, quamuis se per errorem [k] eum esse arbitretur [l], qui rem ex causa peculiari quæsitam nec possidere [m] possit? Idem dicendū [n] erit, & si ex patris hæreditate ad se per ueniſſe rem emptam [o] non leui [p] præsumptione credat.

¶ *Vsucapio triennij non perimit ius fructuarij, uel creditoris. Bar.*

¶ Non mutat usucapio [q] superueniens pro emptore, uel pro hærede, quò minus pignoris persecutio salua sit. Vt enim ususfructus usucapi non [r] potest [s]: ita persecutio pignoris, quæ nulla societate † dominio coniungitur [t], sed sola conuentione cōstituitur, usucapione rei non perimitur.

¶ *Furor non extinguit usucapionem inceptam. Bar.*

¶ Eum, qui posteà q̄ usucapere cœperit, in furorem inciderit, utilitate suadente † receptum est, ne languor animi damnum etiam in bonis afferat [u], ex omni causa implere usucapionem [x].

¶ *Quod a tempore captiuitatis ex causa peculiari emitur, præscribitur: secus, si ex eā dominica, sed tunc patre defuncto ibi, si lius per fictionē perſeipsum præscribit. B.*

¶ Si cùm apud hostes dominus, aut pr̄ agat, seruus, aut filius emat, an † ei [y] tenere incipiat? Siquidē ex cā peculij possedit usucapionē inchoari [z], nec impedimento domini [a] captiuitatem esse, cuius [b] scientia non esset in ciuitate [c] necessaria. Si uerò † non ex cā peculij cōpareſ, non usucapi, nec iure postliminij quæsitū intelligit [d], cū priùs esset [e], ut quod usucaptū diceret, possessum foret [f]. Sinautem pr̄ ibi decesserit, q̄a tpa capti uitatis ex die, quo capiē, morti iūgerentur, potest dici filiū & posse disse [g] sibi, & usucepisse intelligi.

¶ *Loca publica, quæ iure gentium occupāti concedūtur, longo tempore post occupationem non præscribuntur, quo minus cessante occupatione redeant in pristinam causam, & iterum concedantur occupāti. P.*

¶ Idem † LEX XLV.

PRæscriptio † longæ possessionis ad obtinēda loca iure gētium publica [h], concedi [i] non solet. Quod [k] ita procedit, si quis ædificio funditus diruto [l] quod in littore depositerat [m], aut [n] dereliquerat, † ædificio alterius postea eodem loco extructo † occupāti [o] datam exceptionem [p] opponat [q]: † uel si quis, q̄ [r] in fluminis publici diuerticulo solus pluribus annis piscatus sit, alterum eodem iure uti prohibeat.

¶ *In acquisitis per seruum hæreditarium hæreditate iacente non ex causa peculij a defuncto concessi, sed uolendo peculium sibi constituere, de nouo non incipit usucapio: nisi post aditam hæreditatem. P. de C.*

¶ Post mortem dñi seruus hæreditarius [s] peculij nomine rem cœpit tenere. Vsucapionis primordiū erit tempus hæreditatis [t] aditæ, & apprehēsæ pol. rei, quæ usucapitur: ut §. titu. j.

† Et, in P. F.

† intell. huius §. uide apud Crot. in l. si is qui pro emptore, num. 74. hoc eo. tit.

† iij. ad Neratium.

† lib. 10. respon.

† de intellectu huius. l. uide Iaſ. in l. quoniam. n. 119. de flumin.

† In P. Flo. ædificium.

† occupantis, in P. F.

† Vide eadem uerba legis in l. si quisquam, in fin. de diuer. & temporal. præscript. & de accessi. poſ. quæ uide tur pugnare cum hac lex diametro.

x ¶ Vsucapionem. § ut & suprà eo. l. nunquam. §. si seruus. & §. tit. j. l. si is, qui animo.

y ¶ An ei. § patri, uel domino.

z ¶ Inchoari. § i. inchoatā uideri, seu fingi: nā non audeo dicere, q̄ in ueritate inchoetur: quis. n. usucaperet, secūdū? Hu. Ego audeo, ut dominium etiam captum per seruū usucapere dicā: quod per se non posset, ut statim innuit ibi, cum prius esset &c.

a ¶ Nec impedimento. § dummodo redierit: nam ante, quam redeat dominus, dicam usucapionem istam esse in pendenti: ut §. eo. si is qui. §. q̄ si seruus. & facit §. ex quib. cau. ma. l. ait Prætor. §. hi planè.

b ¶ Cuius. § scilicet domini.

c ¶ In ciuitate. § i. si esset in ciuitate, usucaperet ignorans. Accur.

d ¶ Intelligitur. § ut d. l. ait prætor. §. is qui. & supra ex qui. cau. maio. l. denique.

e ¶ Cum prius esset. § id est, prius esset hic inquirendum. Sequitur ergo, ut dominus captus res peculiares per seruum etiam ignorans possideat, nec sit opus noua possessione: ut modo notaui.

f ¶ Foret. § cum ergo iste seruus non possideat, nec usucapit: Acc.

g ¶ Possediſſe. § secus in seruo: ut infra l. proxi. §. fi. & hoc siue peculiari, siue dominico emittut ple. no. supra e e. l. si is qui. in fin. diſcin. & facit C. de suis, & legi. apud hostes. Accur.

PRæscriptio. § CASVS. Si Titius faciat domum in littore mariis, & possedit eam longo tempore: tandem postea destructa est: si alius uelit: bi ædificare, bene potest: nec Titius poterit impedire dicens, quòd præscripſit: quia non est uerum. Idem si Titius piscatus fuit longo tempore in quodam loco fluminis: nam non poterit præscribere, nec phibere aliū quo minus possit piscari. ¶ Post mortē. § Mortuo dño seruus eius emit rē à non dño ex causſa nō peculiari. Dicitur, q̄ usucapio incipiet tēpore, quo adibitur hēditas. Fran.

h ¶ Publica. § i. communis, ut in exēplo patet: sic & instit. de re. diui. §. ij. Idem tamen in publicis: ut §. e. usucapio.

i ¶ Concedi. § quia non possunt præscribi.

k ¶ Quod. § id est, quæ quæstio, uel huius rei exemplum: non autem dicas, quæ præscriptio.

l ¶ Diruto. § ut in pristinā speciem redierit: ut & §. de re. di. l. in tantum. & §. titu. ij. l. quod in litore.

m ¶ Deposuerat. § ædificando.

n ¶ Aut. § pro &.

o ¶ Occupanti. § de nouo.

p ¶ Datam exceptionem. § à iure, scilicet x. uel xx. an. Et dic, exceptionem, id est præscript. one agendo in rem, si non possidet: uel exceptionem, si possidet: aliàs opponat prior possessor, qui nūc derelinquerat: nam potest, ut hic & statim subiicit. Sed contrà ad sequentem casum de diuerticulo. J. de diuer. præsc. l. si quisquam Solu. hic nō erat in possſ. ibi sic. Vel hic sola præscriptio: ibi præscrip. & rescriptū principis: ar. C. de fundis patrimo. l. fi. Vel sol. ut ibi.

q ¶ Opponat. § q. d. non potest.

r ¶ Quod. § id est quia.

s ¶ Hæreditarius. § i. hæreditate iacente. Accurſius.

t ¶ Hæreditatis. § aditæ, & apprehēsæ pol. rei, quæ usucapitur: ut §. titu. j.

tit. j. Pomponius. §. quæsitum. & infra de act. & ob. qui à seruo. Sed cōtra §. e. l. iusto. §. nondū. Sed ibi ante cęperat possidere: ut ibi no. Itē contra j. de capti. l. pen. sed in peculiarib. ibi dicit: hic de nouo sibi peculium constituebat, cùm aliàs non haberet aliquid in peculio: unde idem, quod in dominicis censetur. nā & dominicæ sunt: & facit C. de tempore in integr. restituti. l. ea quæ. in fi.

¶ PRO SOluto.

¶ *Hic tit. est generalis, sed superior generalior est. M.*

† Hanc rubricam pro soluto delēdam putat Anto. Aug. lib. iij. emēda. cap. j. tu eum consule.

† iuris Epitoma.

PRo soluto. § CASVS. Si pmisisti mihi rem non tuam, uel uendidisti, uel ex aliquo alio titu. mihi debes: & soluas eam: usucapio eam tit. pro soluto. Idem est, si debes mihi pecuniam, & tradidisti mihi rem non tuam loco pecuniæ, & eam sponte accepi: dicitur, q̄ istam rem usucapiam titulo pro soluto. Fran.

a ¶ Pro soluto. § Si quis ex stipulatu debetur, uel aliquo contractu innominato: illud solutum usucapitur tantū tit. pro soluto. Quòd si debetur ex aliquo titu. qui inter titulos usucapionis numeretur, ut ex causa legati, uel similiter usucapitur eo. titu. & titu. pro soluto, & sic etiam ex diuersis causis: quod esse potest: ut supra tit. ij. l. iij. §. ex pluribus. & hoc siue uere sit titu. siue credatur: nisi in emptione: ubi uera debet esse: ut infra l. iij. uel iustissima causa erroris: ut infra titu. j. quod uulgo.

b ¶ Debetur. § prædictis modis superiori gl. notatis.

c ¶ Solutum. § uel creditori: nō aliàs, ut §. fi cer. pet l. ij. §. ij. Vbicúque ergo id quod soluitur, fieret statim accipientis si esset dantis: ibidem si nō est dantis usucapitur hoc titulo: & facit §. de leg. j. cum incertus. Accur.

† Manualium.

SI emptam. § CASVS. Licet per procuratorem poſ. mihi quæratur etiam ignoranti: non tamen usucapiam ignorans rem quam emit procurator à nō domino. Ignorans autē dns usucapit in casu, sin rebus peculiaribus per seruum emptis. Fran.

d ¶ Mihi. § acquisitiue.

e ¶ Non usucapiam. § nisi sciam: ut C. de acquiren. possess. l. j & §. tit. ij. l. possessor. §. fin. Accurſius.

f ¶ Receptum est. ut §. tit. j. l. Labeo. & j. tit. j. l. qui fundum. §. ulti. & l. ij. §. Celsus nisi ab alio possideatur seruus q̄ quærit nobis peculiariter: ut §. titu. ij, homo liber. in fine. Et est ratio diuersitatis: quia in usu capi. rei quæritæ p procuratorē bona fides debet esse: at ignorans bonam fidem, uel malam non habet: sed in peculiaribus casibus publicæ utilitatis est secus: ut §. titu. ij. l. peregrè. §. quæsitum. Itē dic idem siue filij, siue serui peculium sit, ut §. titu. j. l. j. §. item acquirimus Et largè accipe peculium. ut ibi notaui. Accurſius.

In uenditione debet bona fides interuenire tempore cōtractus uēditionis, & tēpore traditionis.

SI existimans. § CASVS. Si credam me ex stipulatu, uel ex alio simili contractu debere tibi rem, quæ non est mea, & tradam: ita demum usucapis si & tu putes tibi deberi: secus aūt, si ex causſa uenditionis putem me tibi teneri tradere rem, & tradam: nā nō usucapies, nisi uere uendiderim: non autē sufficit si credam me uendidisse, & nō uendiderim: Et quare sit secus in uēditione, quàm in aliis cōtractibus, est quia in aliis contractibus sufficit eum, cui traditur res, habere bonam fidem tempore, quo traditur: sed in uenditione debet habere duobus temporibus bonam fidem. tempore cōtractus, & tempore quo traditur. Quod autem in fine legis dicitur: expone ut in glo. Fran.

g ¶ Si existimans. Assignat differentiam inter uenditionem, & cæteros contractus, ut in cæteris contractibus sufficiat putare deberi ex contractu, qui nō intercesserit quem tamē credit interceſſiſſe. Sed in uēditione non sufficit putare deberi ex uenditione, nisi & uēditio præcesserit: & hoc probat: quia cùm debeat interuenire bona fides duob. temporibus. s. tempore contractus uendit. nois, & traditionis: hæc nō possunt interuenire, nisi contractus esset: in aliis non sic. Accurſius.

h ¶ Debere. § ex aliquo cōtractu præter uenditionem, puta, fundū ex causſa stipu. uel don.

Hic enim, nisi emptio [m] præcedat [n], pro emptore usucapio locum non habet. Diuersitatis causſa [o] in illo est, q̄ in cæteris causſis [p] solutionis [q] tempus inspicit. nec interest cùm stipulor, sciam alienum esse, necne: sufficit enim me putare † tuū esse cùm soluis. in emptione autem contractus tempus inspicitur [r], & quo soluit [s]: nec potest pro emptore usucapere qui non emit, nec pro soluto [t], sicut in cæteris contractibus.

¶ *Res pignorata, creditori surrepta per debitorem efficitur furtiua, & inusucapibilis respectu creditoris seu iuris sui: uitiū tamen purgatur, si res in potestatem creditoris reuertatur. Pau.*

¶ Iabolenus lib. v. † LEX IIII.

SI quid est surreptum, id usucapi non potest [u] antè, quàm in domini potestatem peruenerit. Paulus, Imò forsitan & contrà [x]. Nam si id, quod mihi pignori dederis, furripueris, erit ea res furtiua facta: sed simulatq; in meam [y] potestatem peruenerit, usucapi poterit.

Pro emptore. TITVLVS V.

¶ *Soluens æstimationem litis, usucapit titulo pro emptore. Pau.*

¶ Caius, † LEX I.

POſſessor, qui litis æstimationem obtulit [z], pro emptore incipit possis. § i. contractibus: & inde actio, uel obligatio procedit. Accurſius.

† actio, in P. F.

i ¶ Vsucapio. § pro soluto.

k ¶ Putes. § alias nō: ut & infra tit. j. l. qui fundum. §. seruus meus: & infra pro suo. l. hominem. Sed hoc quod hic dicitur, uidetur falsum: quia error falsæ causæ usucapionem non parit: ut instit. de usuca. §. error. Resp. hoc accidere iusto errore interueniente. At illud, idē est in empione: ut infra p empto. l. quod uulgo, quod infra statim negat. Sed dic, q̄ ibi iustissimus, ut in alieno fācto. Sed alias qualisqua lis sufficit error: ut hic, & supra titu. j. l. non sōlum. §. j. ibi, Hoc amplius, &c. & dixi in l. Celsus. Et hoc patet: quia leges in alijs contractibus dicunt, putans, uel existimans, & causam non inferunt, sed quæ de uenditione dicunt, frequenter causam erroris notant: ut infra titu. l. ij. in princi. & l. quod uulgò. & pro suo l. hominem. Accurſius.

† Duar. meum esse.

† aliàs. Labeo libr. v. Pithanon, a Paulo epitomatorum.

l ¶ Putem. § tempore traditionis.

m ¶ Nisi emptio. § aliàs emptio: & aliàs auctio. i. emptio, quia utrunque auget: unum re alterum pretio.

n ¶ Præcedat. § & tūc habeat bonam fidem. Accurſius.

† lib. vj. ad edict. prouinciale.

o ¶ Causſa. § inter emptionem, & alios contractus.

p ¶ In cæteris causſis. § i. contractibus: & inde actio, uel obligatio procedit. Accurſius.

q ¶ Solutionis. § id est, traditionis.

r ¶ Inspicitur. § ut & §. tit. j. l. si is. §. fi. & j. titu. j. l. ii. in prin. Accur.

s ¶ Soluitur. § Et sic duo tempora: ut & §. tit. j. l. ij. in prin. Et sic intelige §. de publi. sed & fi. §. fina. & l. de pretio, & supra, titu. j. si aliena. in prin. In extraneis hæredibus tria: ut sic hæres capax: ut in arg. cōtra. §. de hæredi. instit. l. si alienum. § in extraneis.

t ¶ Nec pro soluto. § possumus usucapere, quam non eminus, licet emisse credamus. Quod aute subiicit, sicut in cæteris, &c. est similitudo p contrariū: ut & aliàs, J. de accu. hos accusare. §. omnibus. q. d. possumus in cæteris. Vel dic rectā fieri similitudinē ad id, quod de stipulatione dixit: & sic non ad proximum dictū refertur, sed ad aliud, Sufficit, &c. ibi coniunges illud, Sicut. Item quæritur, quare secus in uēditione, quàm aliàs: Respon ut J. tit. j. l. ij. in princi. dices.

SI quid. § CASVS. Rei furtiuæ non fit usucapio, nisi peruenerit in potestatem domini. Hoc falit in casu: nam si obligasti mihi rem alienam, & eandem mihi surripias, talis res nō potest usucapi, nisi per ueniat in potestatem mei creditoris. Fran.

v ¶ Non potest. § ut §. titu. j. l. sequitur. §. quod autem.

x ¶ Et contrà. § i. in casu qui sequitur.

y ¶ In meā. § scilicet creditoris: ut & C. pro empto. l. cùm sit probatum Sed contra. infrà, titu. j. si rem. & suprà, tit. j. sequitur. §. fi re. Sed hic aliena, non debitoris erat: in cōtrarius erat debitoris. & plenè dic ut in dicto §. fi rem.

¶ PRO EMPTORE.

POſſessor. § CASVS. Fundum, quem possidebas, petebā à te: cùm esses condemnatus ad fundum restituendum uoluisti libentius soluere æstimat. rei, & ego sponte accepi. Dicitur, q̄ rem istam amodo possides titulo pro emptore. Fran.

z ¶ Obtulit. § non ex causſa transactionis: nā tunc non haberet: causam ab eo, & sic nō usucaperet pro emptore, uel pro trāsacto: ut C. de transac.

Universidad de Deusto

Adde per modũ incidentis quid ipor-tet hæc dã u. alia mã-nu militari: nota. in l.j. §. si necessaria. supra si uen. no. mulier. ubi exponitur, id est, per ministros iudicis.

† liij.

† In P. F. si putem.

trãsiæ l. si pro fundo. Sed quare nõ fuit res ablata manu militari, ut ff. de rei uẽ. l. qui restituere? Respon. quia actor fuit contentus rei æstimatione, ut in eo. ff. quòd si possessor. Vel dic, ꝙ reus non possidebat sed possessor dicitur: quia cum culpa non dolo desijsset possidere, potuit à possessore auocare: ut supra de rei uend. l. si, culpa.

a ¶ Possidere. § rem quæ non erat petitoris: aliàs statim fieret eius, si res esset præsens. ut suprà de rei uendic. l. eius rei. & l. si res. & facit. ff. de public. sed & si. §. si lis. & infrà l. iij. & §. de euic. l. si seruus. §. 1. Accursius.

PRo emptore. § CASVS. Ad hoc ut quis usucapiat rem titulo pro emptore, debet in ueritate emisse: nec sufficit, si credat se emisse cùm non emerit. Secundo dicit, si credo me tibi teneri ad rem tradendam tibi bona fide accipieti, usucapies hanc rem titulo pro soluto: secus si tradam tibi ex causa uendi. quam credis interuenisse, cũ non interuenerit: nam usucapies titulo pro emptore. Et est ratio diuersitatis: quia in cæteris contractib. excepta vẽditione, sufficit tempore traditionis hẽri bonã fidem. Vnde licet tẽpore stipulationis stipulator habeat malam fidem. si tẽpore traditionis habeat bonã fidem satis sit, ut sic possit eã usucapere. At in emptione duobus temporibus debet emptor hẽre usucapere. At in emptione duobus temporibus debet emptor hẽre bonã hdẽ, scilicet tempore contractus: item tẽpore traditionis. Sic ergo emptio debet iteruenire, ut sic possit usucapere sed in nõ casu non interuenit contrac. emptionis. ¶ Separata. § Aliquando possideo, & non usucapio: ut si emi à nõ domino sciens rem esse alienã, & est mihi tradita: mã possideo, non tamen usucapio. ¶ Si sub cõditione. § Emi rem alienã à non domino sub conditione. Dicitur, quòd interim, id est ante, quàm conditio extet, non usucapio. Secundo dicit, Pone quòd credo condi. extitisse, quæ nondũ extitit: nunquid usucapiam interim? Et dicitur ꝙ non. Sic & si putem me emisse rem, quam nondũ emerã, non usucapio. Tertiò pone, ꝙ conditio extitit me ignorante. nunquid usucapio? Dicitur secundum Sabinũ, quòd sic, inspecta potius ueritate, quã opinione. ¶ Sabinus. § Emi rem à non domino pro x. hoc pacto appositio, ut si non soluam prædicta. x. in carnispriuio, sit res inempta: & est mihi tradita res: quæritur quãdo incipiã usucapere? Et dicit Sabinus, ꝙ tunc demum incipio usucapere, quando pretiũ solui. Postea loquitur autor l. dicẽs, quòd dictum Sabini de bemus intelligere, quando in modũ condõnis prædictum pactũ sit apposition: secus aũt, si in modum conuentionis, siue pactionis fuerit appositum. ¶ Si in diẽ. Emi rem à non domino hoc pacto appositio qd si alius offerret plus intra carnisprium, si res inempta. Dicitur ꝙ emptio dicitur pura, sed resoluitur sub condi. & ideò interim usucapio: licet quidam dicerent contra. sed malè. Vltimo ponit similem casum. Si emi rem à nõ domino hoc pacto appositio, ut si mihi displicuit intra carnisprium, sit inempta: nã & hoc casu usucapio interim.

¶ Cùm Stichum. § Emi Stichum à non dño: & traditus est mihi Damam, quem non emeram. Dicitur, ꝙ non usucapio Damam, cùm eũ nõ emerim. ¶ Sed & si fundus. § Vendidisti fundum intra certos termi nos, tandem tradidisti mihi etiam ultra terminos. Dicitur, ꝙ totum usucapio. ¶ Eius. § Emi bona Titij, apud quem Titium erant deposita mancipia Sempronij: tradita sunt mihi bona Titij: & etiam illa mancipia, quæ erant apud Titium deposita. Dicitur, ꝙ illa mancipia non usucapiam titulo pro emptore. ¶ Tutor. § Duo erant tutores pupilli: vnus tutorum emit rem à pupillo, quæ non erat pupilli altero cõtutore præsente auth. nunquid hic emptor usucapiet? Dicitur, ꝙ sic: nam aut emit plus, quàm alius emisset: & tunc taceat pupillus, cùm non sit læsus. Aut minus dedit, quàm alius dedisset: & tunc aget pupillus contra tutorem autorantem, & etiam contra tutorem ementẽ act. tutelæ: perinde. ac si tutor uendidisset rem cuidam extraneo. ¶ Procuratorem. § Si procurator emit rem autore procuratore uendente nomine dñi: dicitur, ꝙ usucapiet. Idem est. & si gestor negotiorum emit rem a procuratore dñi. ¶ Si seruus. § Si seruus emit rem bona fide a non dño ex peculio. Dicitur, ꝙ inspicitur scientia serui, non domini. Secundò dicit, ꝙ quando seruus emit rem bona fide a nõ domino ex peculio: usucapio procedit etiam domino serui ignorante: secus, si nõ ex peculio emit. Vltimo dicit, ꝙ si seruus accepit possess. alicuius rei per uim: non usucapiet. ¶ Pomponius. § Si seruus possidet rem nomine domini: inspicitur scientia dñi, nõ serui: secus si ex causa peculij possidet: nam tunc inspicitur scientia serui, uel ignorantia, non dñi, etiam si dominus postea auferat istam rem, & totũ peculium seruo.

¶ Si seruus. § Seruus emit rẽ a non domino ex causa peculij, & bona fide: tandem dominus serui cœpit habere malam fidẽ. Dicitur, quòd usuca. procedit: secus si a principio cũ seruus cœpit possidere, dominus serui habuerit malã fidem: nam usucap. non procedit. Vltimo dicit, Seruus emit rẽ à nõ domino, & mala fide: tandem istam rẽ dedit seruus domino suo ad hoc, ut manumitteret: & manumissus est. Dicitur, ꝙ dominus seruis-tã rem non usucapit.

¶ Si à pupillo. § Habebam rem alienam precariò à patre pupili: tandem eandem rẽ mortuo patre emi à pupillo, quẽ credebã esse puberem, cùm nõ esset. Dicitur ꝙ usucapio, inspecta ueritate, s. ꝙ hæc res erat aliena, non inspecta opinione, s. credendo eum esse pupillum. Credebam autẽ licere de iure pupillum posse uendere sine tutoris authoritate. Dicitur, ꝙ hoc casu nõ usucapio: quia iuris error nulli prodest. ¶ Si à furioso. § Rem, quam possidebã, quæ tamen nõ erat mea, emi à furioso bona fide, credẽs cũ sanæ mentis. Dicitur, quòd usucapio. ¶ Si eam. § Rẽ alienam usucapiebas bo. fide pro emptore: eã rem interim uendidisti mihi sciẽti non tuam. Dicitur, quòd non usucapiam. ¶ Etiam hæredi. § Testator usucapiebat rẽ aliquam: hæres eius adita hæreditate, & ante apprehẽsam pos. huius rei decessit relicto hærede. Dicitur, ꝙ hæredi pos. primi defuncti ad complendam usucap. proderit. ¶ Si defunctus. § Defunctus cepit usucapere rem aliquã bona fide titulo pro emptore. Licet hæres eius sciat hanc rem alienam: non impeditur processus usucapionis. Et quod dixi in hærede, idẽ in bon. pos. ordinario, uel extraordinario. Idem in eo, cui restituta est hẽditas defuncti ex causa fideicommissi, & in similib. ut eorum mala fides non impediat usucap. rectè à defuncto inchoatam.

Emptori. § Vsucapiebas rem alienã, & eam mihi uendis, & tradis. Tempus, quo tenuisti eam, mihi proderit in cõplẽda usuc. ¶ Si rem alienã. § Rem à non domino bona fide emi, & eam usucapio. Si uerus dominus eã à me uendicet, non interrumpit per hoc usucapio. Et de hoc dic, ut in gl. Sed pone, ꝙ rei æstimationem soluo uero domino. Causa possess. mutatur, id est usucapio cessat, cùm efficiar dominus. Idem, si uerus dominus eam mihi donet. Franc.

b ¶ Causa emptionis. § uel iustissimus error: ut ff. eod. quod uulgo. aliàs sufficit qualis qualis.

c ¶ Debere. § ex alia causa, quàm uenditionis, & sic mutat casum.

d ¶ Ignoranti. § & iustè tempore traditionis.

e ¶ Vsucapies. § pro soluto: ut suprà tit. j. l. iij.

f ¶ Vsu. § supple: & hoc, scilicet quia &c. & habes idem suprà titu. j. l. iij. Et plenè dic, ut ibi,

g ¶ Tempus. § scilicet accipientem habere bonam fidem, de quo stat tim dat exemplũ, Sic &c.

h ¶ Alienam. § & sic tempore contractus habeo malam fidem.

i ¶ Inspicitur. § vt habeam bonam fidem.

k ¶ Contrahitur. § sed cur in emptione utrunq; tempus inspicitur, in alijs traditio tantum? Rñ. ut ff. ti. 2. l. fi is. §. fi. quæ ratio non ualet: ut ibi dixi. Quare dic ut ibidẽ: quia frequentius fit hic contractus ar. ff. de pœnis, aut facta. §. fi. nam & exceptioni, non nu. pe. tempus datur, quod non datur cõtenti ex alia causa, quia frequentius fit in ea cã mutui confessio. uel dic subtilius. ut no. suprà de usuc. l. Celsus.

ADDITIO. Dic secundum Bart. ꝙ in l. Celsus nil dicitur de ratione, sed facit ad dictum. Itẽ hic accipe emptionem strictè: secus in datione in solutũ, quæ similis est emptiõi, ut litis æstimatio: ar. ff. ti. j. l. iij.

l ¶ Adeptus. § ats nisi emisset, nec bonã, nec malã fidẽ posset hiusse.

m ¶ Separata. § non sequitur, possides, ergo usucapis.

n ¶ Et usucapionis § qsique enim aliquis possidet & non usucapit: quia mala fide, ut subiicit: unde saltem in prin. bona fides exigitur: ut C. de usuca. transfor. l. j. §. hoc proculdubio. Qũq; econtra: ut ff. tit. ij. l. rerum mistura. §. Labeo. & l. iusto. §. eum. licet regulariter cõtra: ut ff. tit. ij. l. fine. Itẽ est sic: quia sicut proprietas & possessiones separatæ: ut ff. de acqu. pos. l. naturaliter. §. j. ita & usus fr. & pos. ut eo. tit. permisceri.

o ¶ Quemadmodum. § exemplificatiue ponitur.

p ¶ Pro emptore possidet. § sine effectu, ut subijcit: sicut testamentum falsum, est testamentum, licet sine effectu: ut sup. quemadmodum test. ape. l. ij. §. testamentum. & infra de uerb. signi. l. Paulus respon.

q ¶ Licet usu non capiat. § Pro emptore: licet pro suo interdũ usucapiat, si dum traderet rem uenditor, eam emptoris facere uoluerit: quod, nisi contrarium liqueat, omnino creditur: ut sup. de iure do. l. dotis fructus. in fi. & l. sed nisi. & infra pro dote. l. j. & ti. pro suo. l. j. R.

r ¶ Non usucapit. § licet tradita sit ei res: ut & ff. de pericu. & cõmo. rei uend.

† deest in aliis exẽpl.

rei uen. ꝙ si pendẽte. §. j. & de in di. addic. i prin. R. dicit, ꝙ suo iterum usuc. quod nõ placetuit j. pro dote, si æstimata. & deficiente pdõne fit accessio prioris emptoris ad uenditorẽ: ut ff. de acq. pos. l. Peponius. §. sic. nisi malã fidem habuit emptor cũ accepit rem. f. l. §. fi, quo casu nec prima uenditoris cũ ultima forte coniungit: cũ dẽat esse cõtinuatut supra de usuca. l. iij.

a ¶ Se emisse. § quo casu nõ est iustus, nedũ iustissimus error in facto, scilicet suo: ut infra pro suo. l. fi. aliàs secus vt j. eod. quod vulgò.

b ¶ Substantiam. § id est, veritatem: qd est no. ff. § de acquirend. hæred. l. cum quidam. §. quod dicitur. & j. eo. §. fi à pupillo. Azo.

c ¶ Vsucapere. § supple, sicut inspicitur veritas vbi emit emptor rem, quam credidit alienam, cùm sit vẽditoris: vt supra de iur. & fac. igno. l. regula. §. qui ignorauit. & hoc subaudito bene sequitur. Est tamen. &c.

d ¶ Posse. § qui non credit conditionẽ existisse, quæ extitit.

† Hæc nõ habentur. in P. F.

e ¶ Venditoris. § vt in casu glos.

f ¶ Emptoris. § & iõ transit dominium propter domini uoluntatem. Sed uidetur non transire, sicut non transit in accipiẽtẽ indebitum scienter: vt ff. de condi. fur. quoniam. & j. de fur. falsus. §. j. & §. sed & si is. quæ sunt contra. Sol. plus delinquit qui sciens indebitum accipit, quã qui à domino quẽ non domi num putat accipit: cũ hic ei patrocinãte ueritate non fallit dantem, nec fallit: cũ sibi sciens debitũ capere credidерit. At in contrarijs simul ueritate, & iusta præcedente causa ex bona fide, & dantis voluntate destituit is, qui accepit sciens indebitum.

† res, non est in aliis exẽpl.

g ¶ Extitisse. § quæ extitit. Accursius.

h ¶ Quasi nondum putat. § ex quo uidetur Sab. malè dixisse: quod quidam dicũt: & pro eis est, quod hic dicitur: & quod j. proxi. & ff. de condi. & demon. mulierem. & ff. ti. ij. fi fur. §. j. Tu dicas, secundũ M. eũ benedixisse, quamuis diuersitas in affectione mentis.

i ¶ Quod apertius sed quare apertius? Respon. quia hic habet affectionẽ, & rẽ acquirere putat: licet non ex vẽditione, quæ verè intercesserat: ut ff. quando credidit non extitisse cõditionẽ, quæ extitit nec emptoris affectionẽ, nec aliam habet. Sed huic quæstioni. quãdo fuit tradita hæredi non rñ. hic: sed tu dic, secundũ Ioan. ꝙ cessat usucapio: cum traditionis rẽpore debeat bonam fidẽ habere: ut in prin. huius l. sed non potest habere bonam fidem: quia ex ea causa nõ putat sibi tradi. Itẽ ad hoc, ut quis usucapiat, debeat eo. tit. credere possidere, quo usucapit: ut j. pro dereli. l. iiij. nec ob. ff. de usucap. l. nunquã. § fin. quia ibi defuncto fuit tradita: hic hæredi. Alij dicũt nõ cessare: arg. ff. prox. §. & ff. de acquirend re. domi. l. cum in corpus.

k ¶ Eum. § qui credit conditionem non extitisse, quæ extitit.

l ¶ Fieret. § & ita sub pacto legis commissoriæ.

m ¶ Vsucapturum. § statim hoc determinatur. Et sic non est contra. ff. de lege commissoria.

n ¶ Conditio sit. § ut uendo si solueris tali die.

o ¶ Conuentio. § ut uendo, sed fiat inempta, si non solues tali die.

p ¶ Implebitur. § & sic procedit iterum usucapio: ut in sequẽti casu. Si uero conditionalis, tunc non. ut supra eodem, §. fi sub conditione.

q ¶ Si in diem addictio. § i. uenditio sub pacto addic. in diem.

r ¶ Attulerit. § supple, stetur uenditioni, secundum Azo.

s ¶ Perfectam. § nunc respondet.

t ¶ Efficì. § fi alius non afferat meliorem conditionẽ: aliàs redditur ff. de in di. addic. l. item quod dictum. Sed in cõmis. dic, ut ff. de le. com. l. iiij. §. sed Iulianus. & §. proxi. §.

tet conditionem extitisse, quæ nõ extitit. Similis est enim ei, qui putat se emisse [a]. Contra, si extitisse ignoret, potest dici, secundum Sabinũ, (qui potius substantiã [b] intuetur quam opinionẽ,) vsucapere [c] eũ † posse [d]. Est tamẽ nonnulla diuersitas, quòd ibi cũ rem putat alienã, quæ sit venditoris, [e] affectionem emptoris † habeat: at cùm nõdum putat conditionem extitisse [g], quasi nondum putat [h] sibi emisse. Quod apertius † quæri potest, Si cum defunctus emisset, hæredi eius tradat, qui nesciat defunctũ emisse: sed ex alia causa sibi tradi, an usucapio cesset? † Sed mihi eum [k] usucapere posse videtur †.

† Hæc nõ habentur. in P. F.

¶ Pactũ legis cõmissoriæ, vel addictionis in diem, nõ reddit venditionẽ cõditionalẽ, sed facit eã sub cõditione resolui: ideo interim põt res usucapi titulo p̃ptore, cum adsit verus titulus. Paul. de Cast.

¶ Sabinus ait: Si sic † res empta fit, ut nisi pecunia intra diem certum soluta esset, inempta res fieret [l], non usucapturum [m], nisi prius psoluta pecunia. Sed uideamus, utrùm conditio [n] sit hæc, an conuentio. Si conuentio [o] est, magis resoluetur, quàm implebit [p].

† res, non est in aliis exẽpl.

¶ Ex uenditione pura resoluenda sub condition interim procedit præscriptio tituli pro emptore. Bar.

¶ Si in diẽ ¶ addictio facta sit, id est, nisi quis meliorem conditionem attulerit [r], perfectam [s] esse emptionem, & fructus emptoris effici [t], & usucapionem procedere Iulianus putabat. Alij & hanc [u] sub conditione contractam esse. Ille [x] non contrahi [y], sed resolui [z] dicebat: quæ sententia uera est [a]. Sed & illa emptio pura est [b], ubi conuenit, ut si displicuerit intra diem certum, inempta res sit.

¶ Et hanc. § non solum in superiori casu de commissoria.

x ¶ Ille. § scilicet Iulianus.

y ¶ Non contrahi. § sub conditione.

z ¶ Resolui. § sub conditione.

a ¶ Vera est. § vt ff. de in di. addic. l. quoties. & l. vbi.

¶ Si traditur altera res, quàm empta, non usucapitur hoc titu. nisi accedat rei emptæ. Paul.

¶ Cùm Stichũ emissem, Dama mihi per ignorantiam pro eo tra ditus est: Priscus ait, usu me eum non capturum [d]: quia id, quod emptum non sit, pro emptore usu capi non potest. [e] Sed & si fundus emptus sit, & ampliores fines possessi sint, totum longo tẽpore capi: quoniam uniuersitas eius possideatur, non singulæ partes [f].

¶ Mala fides uenditoris nocet emptori, sicut nocet hæredi. Pau.

¶ Eius bona emisti, apud quem mancipia deposita erant: Trebatius ait, usu te non capturum [g], quia empta non sunt [h].

¶ Emptione facta solẽniter per tutorẽ, à pupillo transferẽ in tutorẽ dñium, si est domus: aliàs usucapiendi conditio. Bar.

¶ Tutor ex pupilli † actione † rẽ [k], q̃ eius putabat esse, emit. Seruius ait, posse eum usucapere. Incuius opinionẽ decursum est, eò ꝙ deterior causa pupilli non fit.

b ¶ Pura est. § ut ff. de cõtrahen. emp. l. iij. Non ergo semper hæc dictio, Si, facit cõditionem: ut & ff. de tut. l. muto. §. hanc autẽ. Sed certè hic facit resolutionem conditionalẽ, non venditionem: in quo est ar. contra. ff. de adi. le. l. legatum purè. j. rñ. ADDITIO. Dic secundum Bar. ꝙ ibi loquitur in vltimis voluntatibus, hic in contractibus: ut no. ff. de in di. addic. l. ij. in fi.

† Al. auctione, prout Dua. legit.

c ¶ Dama. § propriũ nomen serui.

d ¶ Non usucapturum. § facit ff. de pig. act. si quis in pignore. & ff. de acquiren. poss. si me in vacuam. in princ. & de hæred. inst. l. quoties. in princ.

e ¶ Non potest. § nisi iustissimus adsit error: ut j. e. quod vulgò. Sed op. j. proxi. Sed ibi rei venditæ adhæret. Item op. de eo, qui gregem emit. nam per hoc singula capita non emit: & tamen singula usucapiuntur pro emptore: ut ff. de usuca. l. rerum. in fin. Sed ibi omnia continentur in vniuersitate empta. Item op. de eo. qui emit ancillam: nam etiam partum, quem non emit, usucapit pro emptore secũdum Io. ut ff. eo. qui ob. pactionem. Sed ibi est accessio: uel pro suo ibi usucapit: ut ibi notaui, & ff. de pub. l. si ego. §. partus. Item cõtra. j. eo. §. si à furioso. Sed ibi saltem de facto aliqua fuit.

Ista glo. ẽ ualde no. cũ suo text. ad hoc pro positum, ꝙ emptor omnium bonorum, est loco hæredis: & sicut hæres non usucapit, ita nec iste põt usucapere hoc addito ꝙ iste dicitur procurare in rẽ suam, ideo nimirum, si est loco hæredis. Bolog.

f ¶ Non singulæ eius partes. § Imo uidentur possideri: cùm singulæ usucapiuntur: ut j. eo. l. emptor, quæ est contra. Itẽ & quia nomine partium datur interdictum. Vnde ut: ut ff. de acquiren. pos. l. quod meo §. fi. Ad hoc dicas, hic subaudiri tñ: uel dic non possideri principaliter per se, sed cũ uniuersitate prædij: sed in Dama secus, qui Sticho ac in l. contra, pro parte tantum: & hoc etiam modo respon. ad l. j. e. qui fundum. §. fundũ. uel ut ibi. Item contra. C. fin. regun. l. fi. ubi xxx. annales. dicit præscribi actione fi. reg. sed hic rei ven. x. an. præscribi: ibi personali fin. re. xxx. an. & ita hic, & post decennium agetur fin. regun. sed pars præscripta præscribenti assignabitur.

g ¶ Non capturum. § prædicta mancipia ti. ff. pro emptore: sed pro suo sic, secundum quosdam: & est sic j. de uerb. sig. l. bonorum. & C. de euic. l. j. Arg. contra. ff. de peti. hæredi. non tantum. Accursius.

h ¶ Non sunt. § nec emptis rebus accedũt, quod accedit superiori casu. Item cõtra. videtur j. eo. quod uulgò. Sed ibi erat magis iustus error, quam hic. præterea hic, emptor loco hæredis est, & hæres nõ usucaperet: ergo nec iste.

i ¶ Actione. § id est actu: aliàs administratione.

k ¶ Rem. § mobilẽ: & sic potest usucapi, ut res ecclesiæ mobilis: ut C. de sacros. eccl. auf. quas actiones. Secus i immobili. ut i cõtra ff. de acqui. re. do. l. bonefidei. §. nec interest. Vel hic nõ erat, sed putabat pupilli. ibi erat. Sed hoc nõ placet quibusdã: ut ff. de re. eo. l. magis §. j. Itẽ au. tut. l. v. §. itẽ ipse. & ff. de cõtrahen. emp. l. fi in emptione. §. fi. & l. nõ licet. & C. de contrahen. emp l. cum ipse. Si enim se autore fecisset, aut tũc idẽ. ut j. §. fi à pupillo. Nec posset dicere se credere puberẽ: ut C. de interdi. & rele. l. de tutela. sed extraneus posset: ut j. §. fi à pupillo.

l ¶ Eo quod. § id est. ideo quia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Si pluris.§ si i. quamuis alius uelit plus dare: quia cõuenit tutorem ementem, & authoritatem præstantem. Vel dic pluris, &c. i. si iste tutor plus dedit, quàm alius daret: si autẽ minus, hoc subiicit? Et si minoris, &c. & nota tutelæ conueniri, quia sicut ab aliis, sic a seipso pupillum debuit custodire: ut hic, & §. si ser. vend. l. altius.

b ¶ Emerit.§ authoritate contutoris: ut §.

c ¶ Addixisset.§ i. iudicidisset: cum plus habere potuisset domi nus.

d ¶ Procuratorem quoque.§ non solum tutorem. Accursius.

e ¶ Ex actione.§ i. ex administratione.

f ¶ Emerit.§ à procuratore: ut conuenia pdictis: uel dic à quodam alio nomine domini: ut §. de usuca. pignori. §. fi.

† Auctiõe Dua.

g ¶ Vsucapturum.§ procuratorem, secundũ primum: uel dominũ, secundum alium.

h ¶ Gerens.§ sine mandato.

i ¶ Emerit.§ à procuratore domini, uel etiam ab extraneo etiam rem domini. ut §. de negot. gest. atqui. §. cùm me.

k ¶ Peculiari.§ secus si dominico: ut §. Pomponius.

† In P. F. ignorante.

† In P. F. scientem.

l ¶ Vsucapere.§ ut §. pro solu. l. ij. & §. de cap. l. penul. Accur.

† Du meã uitiosam &c.

m ¶ Sciente.§ quo ad usucapi. sed quo ad possess. etiam ignorante: ut d. l. pro soluto l. ij. Cum ergo mea conscientia exigitur: si illa est cum mala fide, nõ usucapio: sed in peculiari nocet domini scientia ad inchoandũ: ut §. si seruus in fi.

n ¶ Vitiosè.§ Puta, per uim.

Dominus tice emptoris est: & utrum sit uice hęredis.

o ¶ Pompo.§ quoq; non tãtum Cælsus dicit, q; si non peculiari nomine emit, inspicit scientia dñi: sed etiam Pompo. dicit Idem.

p ¶ Vbi primum.§ f. ex postfacto.

q ¶ Cognoui.§ scilicet, emptionẽ factam.

r ¶ Sciã.§ qa fui pręsens quãdo seruus emit nec prohibui cùm possem: ut §. de libe. cau. l. imò. in fin. & §. de usuca. l. hæres. §. fi. secus si non potuissem prohibere: ut §. de contrahen. emp. l. in huius.

s ¶ Primam causam poss.§ Sed cur non usucapio sicut extraneus emptor, cùm mala fi. serui non nocet: nam dominus vice emptoris est: ut §. e. seruus. Hic ergo uice hẽdis, non vice emptoris habetur. Azo. & facit suprà, de acquiren. hæredita. l. cùm quidam. §. scientia. & quod no. §. de ædil. edic. l. cùm mancipium.

t ¶ Si à pupillo emero.§ rem alienam: & sic est error dñij rei. Res enim sua nõ pôt usucapi. ut in contra. §. de acquir. re. do. l. bonæ fidei. Vel hic erat mobilis, ibi immobilis. Et eisdem modis solue. C. eod. l. fi. Vel ibi sciebat emptor pupillum. Item op. aut pupillus iste possidebat, aut non. Sed si non: nec iustam causam poss. potest præstare: ut C. de acq. poss. l. cùm nemo. Si possidebat, trãsferre posse. nõ poterat: ut §. de acquiren. posses. l. possessionem, & de acquiren. re. do. pupillus. quæ sunt contra. si ergo ipse non amittit: ergo nec alius quærit: ergo nec usucapit: ut supra, titul. ij. l. fin. Respond. non pupillum, sed emptorem possidere, ut præcario à patre pupilli: & tamen iustam præstat causam

Si pluris [a] habeat emptorẽ, & minoris emerit [b], tutelæ iudicio tenebitur, ac si alij minoris addixisset [c]: idq; à Diuo Traiano constitutum dicitur.

Procurator emens à comprocuratore, præscribit. Barto.

t ¶ Datum. ʃ alias datum, & alias factum.

u ¶ Aquilia. ʃ id est ex mẽte huius, ut in factũ subsidiaria Aquil. ut

l ¶ Tueri. ʃ alias tueri, & tunc eum, scilicet conductorem. alias tenere: & tunc eum qui prohibuit conductorem uti. Accursius.

m ¶ Locus. ʃ ripæ fluminis.

¶ DE RIPA MVNIENDA.

¶ *Scilicet publici fluminis.*

argu. suprà, de ferui. uerba. prædi. l. si fistulæ.

¶ DE VI, ET VI ARMATA.

¶ *Primũ in genere, secũdũ in specie. & est idẽ quod unde ui. & continua. Dictũ est supra. de interdi. adipisc. poſ. ut quo. bo. & quo. legnũc recuperande. Vel dixit de prohibitoriis: nũc de restitutoriis: ut instit. de inter. §. i.*

† Ad edictum.

PRætor ait. ʃ CASVS. Ponitur edictũ cuius sensus ẽ. Si deiecisti aliquẽ de loco qđ possidebat, uel familia tua deiecit: datur ei interdictũ cõtra te ad recuperãdũ poſ. Itẽ ab oẽ id, qđ ibi ꝑ hoc amisit: licet ad te nõ ꝑuenit, datur ei interdictum hoc cõtra te intra annũ. de eo aũt, qđ uenit ad te, datur ei hoc interdictũ ꝑ petuò. Posteà loquitur Vlpia. & dicit, hoc interdictũ datur deiecto: & ualde ẽ æquũ subueniri deiecto. & ꝑ hoc interdictũ restituitur possessio deiecto. & uis non solũ phibet hoc edicto, sed & legibus Iuliis publicorũ & priuatorũ: item & cõstitutionibus principum. Posteà dicit, hoc interdictũ hẽt locũ, cũ qs deiecit de possessione: & ꝑ ui atroci competit. i. in qua dolus inest. & eis competit, q deiicitur de solo, siue area, siue domo, siue de superficiaria insula quis deiectus est. pro re autem mobili abrepta, uel subrepta non habet locum hoc interdictum: sed sufficit furti & nibo.rap. act, ad exhibendum. in casu tamen hoc

† Alias subuenire.

obseruandum quod in ripa fluminis munienda.

De vi & vi armata.

TITVLVS XV.

¶ Vlpianus libro lxix. † LEX I.

PRætor ait, Vnde tu [a] illũ ui deiecisti, aut familia [b] tua deiecit, de eoq; [c], quod ille tunc ibi [d] habuit, tãtũmodò intra annũ [e], post annũ uerò de eo, qđ ad eũ [f] qui ui deiecit, peruenerit, iudiciũ dabo.

¶ Hoc interdictũ proponitur ei, q ui deiectus est. etenim fuit æquissimũ, ui deiecto † subueniri: ꝓpter quod ad recuperãdam [g] possessionem hoc interdictum ꝓponitur.

¶ Ne quid aũt ꝓ uim admittatur, etiam legibus Iuliis publicorum, & priuatorũ [h] prospicitur: nec nó constitutionibus principum [i].

¶ *Hoc interdictũ non habet locũ pro uiolẽtia compulsiua, sed expulsiua. Bartolus.*

¶ Hoc interdictum non ad omnẽ uim pertinet, uerum ad eos tantũ, qui de possessione deiiciuntur [k]. Ad solã aũt atrocẽ [l] uim pertinet hoc interdictum, & ad eos tãtum, qui de solo deiiciuntur: utputa de fundo, siue de ædificio, ad alium autem non pertinet. Et si quis de area deiectus sit, sine dubio interdicto locus est. ¶ Et generaliter ad omnes pertinet hoc interdictũ, qui de re solo cohærenti deiiciuntur. Qualiscunq; enim fuerit locus, unde quis ui deiectus est, interdicto locus erit. Proinde & si superficiaria [m] insula fuerit, † de qua quis deiectus est, apparet huic interdicto locum fore. ¶ Illud utique in dubium non uenit, interdictum hoc ad res mobiles non pertinere [n]. nam ex ea causa furti, uel ui bonorum raptorum actio competit: potest & ad exhibendum agi [o]. ¶ Planè si quæ res sunt in fundo, uel in ædibus, unde quis ui deiectus est, earum etiam rerum nomine interdictum competere nõ est ambigendum P. ¶ Si quis de naue ui deiectus [q] ẽ, huic interdicto locus nõ est: argumẽto eius qui de uehiculo deiectus est: quem nemo dixerit interdicto hoc uti posse. ¶ Planè si quis de ligneis ædibus deiectus fuerit, nemo ambigit interdicto locum fore: quia qualequale [r] sit quod solo cohæreat [s], unde quis deiectus est ui, habet locum interdictum.

¶ *Quacunque possessione quis rem soli detineat: si deiicitur, habet locum hoc interdictum, hoc dicit.*

¶ Deiicit† is q possidet, siue naturaliter siue ciuiliter [t] possideat. de ui pub. & priua. quarum pœna est ut instit. de pub. iud. § item lex. & facit instit. de interdi. § recuperandæ. § qui autem.

† P. F. non habent de.

i ¶ Constitutionibus principum. ʃ quæ sunt C. eo. si quis in tantam. & in aliis titulis. & C. finũ. re. si cõstituerit. & ſ. qđ metus causa, extat. sed lex extat, locum habet quãdo non est facta uis: sed sua authoritate aliená rẽ temere apprehenderit etiã clam. Sed hoc interdictũ quando uis est facta cum armis, uel sine armis dolo malo. Sed si q s in tantam. etiam sine dolo: cum def contra eũ qui credidit sibi licere: ut instit. ut bo. rap §. ij. Itẽ hoc i immobili tãtũ: ut ff. §. ad eos. & §. illud. illa etiam ad mobilia: ut instit. ut bo. rap. §. pe. & sic quãdoque cõcurrit hæc cum illa, & potes addere modos q bus uiolentiæ puniunt: ut no. super l. illa, extat. Accursius.

k ¶ Deiiciuntur. ʃ ui expul. non compul. ut ff. eo. si rerum.

l ¶ Atrocem. ʃ id est quæ dolo ht cum armis uel sine armis. H. Vel atrox dicitur: quæ fit cõtra bonos mores: nullo intercedẽte cõsensu patientis: ut d. l. si rerum.

m ¶ Superficiaria. ʃ idem in fructuario & usurario. ut ff. eod. l. iij. §. unde ui. & §. seq.

n ¶ Non pertinere. ʃ scilicet principaliter.

o ¶ Agi. ʃ quod non est in immobili: q a se exhibet. ut C. quando & qui. l. ij. §. hoc ubi.

p ¶ Ambigendum. ʃ alias ambigendum, alias ambiguum. & hoc secũdũ Io. ut hic patet, & ſ. eo. proxi. respon. & ff. eo. §. si fundus. & arg. suprà, de ser. corru. l. si quis. § fi. & l. seq.

q ¶ Deiectus. ʃ alias detractus, alias deiectus.

r ¶ Qualequale. ʃ alias ut Py. qualequale alias quale, quid ue.

s ¶ Cohæreat. ʃ ut ei cedat: ut ſ. de acq. re. do. adeo. §. cũ in suo. alias tectũ: ut eo. tit. Titius. sed quid de arbore? Accursius.

t ¶ Ciuiliter. ʃ dicit Ir. a. iuste. naturaliter. i. iniustè, pro quo est qđ subijcit de uxore: ut ff. eo. §. q ui, & sic etiam exponebat quod subijcit naturali. id ẽ iniusta: pro suo. i. ciuili siue iusta. Alij dicunt, & H. ciuili

Universidad de Deusto
Biblioteca

acquiren.posſ.naturaliter.& ℣.eod.l.iij.§.unde ui. & his etiam duobus modis expone quod sequitur,nam & naturalis &c.

a ¶ Et naturalis.§ Placen. exponit,naturalis & pro suo:adiecta copula.& secundum hoc opp.de fructuario,qui non possidet pro suo,& tamen hoc interdictum habet:ut ℣.eo.l.iij.§. unde ui.respon.imò pro suo.scilicet, iure quod habet.tu expone ut prædixi. alij non habent pro suo.

† In P. F. deest & ℘ suo.

b ¶ Interdicto uti.§ quàmuis contra ius ciuile possideat.

c ¶ Si colonus.§ scilicet deiiciatur poterit interdicto uti: quia nõ possidet: nisi prius interuertat possessionẽ. ut in contrariis ℣. eod. l.colonus.& l. cum fundum. sed uxor rem sibi à marito donatã possidet:ut.ℨ.de acquiren. posſ.l.j. §. si uir, licet sit arg.contra.ℨ. de dona. inter ui. & uxo. si eum qui. in princip. sed ibi fol.sed an locatori cõpetit qui tantum ciuiliter possidet secundũ quosdam?

d ¶ Si familia mea.§ me ignorante uel inuito. & sic not. non fuisse ponendum uerbum nisi necessarium in edicto: ut & ℨ. quod met. cau.l.j.in fine.

e ¶ Vel iussit.§ uel ratum habuit: ut ℣. eo. in fin. proxi.§.

f ¶ Enim.§ quo ad hoc edictũ: ut hic & ℣. eo.l.idem. §. cũ procu. aliàs autem quandoq; refert:ut argu.cõtra.℣. de solut. l. fugitiuus.& C.de thesau.l.j.§.qđ in alienis.& ℨ. de iure do. si mulier. §. ex asse. & ℨ.de acquir.hæ.Paulus respond. per procur. quæ sunt argu.cõtra.& facit ad §. hunc & sequentem.ℨ.de do.inter ui. & uxo. l. iij. §. fed si debitorẽ.& de rep.l.ij. §.fiue.& de usur.l.si qs solutioni. §. j. & de iniur.l. itẽ apud. §. fecisse.& ℨ. de eo per quem fac.erit.l.j.§.j.& infrà, de re.iur.l. is dãnum.& l.hoc iure.§.ij. & ℨ. qđ cuiusque uniuersi. leg. item.§. j.

g ¶ Videor.§ quadã interpretatione.

h ¶ Quoties uerus.§ ad hoc specialiter constituto. nam generali mandato non uidetur mandari illicitũ: ut ℨ.de cond.indeb.si procurator.§.quòd si indebitum.alràs aliter accipitur uerus:ut ℣.de solu.l.uerò.in prin.

Mandato generali il licitũ non cõtinetur.

i ¶ Cum utrolibet.§ ad hoc est ℣.de iniur.l.non solum. §.si mandato.& §.seq.& ℣.quod ui,aut clàm.l.denique.§.fi.& ℨ.ad le.Aqui.liber homo,& C.de act. l. non ideò.

k ¶ Eximi.§ id est liberari.

l ¶ Si tamen.§ i.liberatur si &c.uno ergo solutẽ alter nõ tenebit, ad quod est ℨ.de his qui de.l.j.in fi.& l.ij.Sed op.ℨ.de pe.hæ. l.ét.§.pe, R fi.hæc secũdũ illã,ut cõueto eo ad quẽ res puenit,alter non teneat, secus ecõtra:ut ibi. Vel hic ad neutrũ peruenit posſ.Ibi alter habebat. uel secundum Io. dic quod ad interesse datur interdictum. unde cum ab uno fit cõsecutus:nõ interesſ amplius. uel quo ad interdictũ libera tur,nõ quo ad alia:quod in idẽ recidit. Itẽ op.℣.si familia fur.fecisse.di. l. quoties.ubi si emẽdet manumissus unus de familia:nõ liberat domi nus familiæ nomine,sed dic, ut dixi quo ad interdictũ,in quo ĩteresse uenit. hic loqr.& eodẽ modo rñ.ad aliã opi.ℨ. de noxa.l. ij.§. is q. Vel dic,qđ licet ibi tã dominus, quã seruus manumissus teneat, unus tñ

nam & naturalis [a] possessio, & ℘ suo, ad hoc interdictũ pertinet. Denique & si maritus uxori donauit, eaque ui deiecta sit, poterit interdicto [b] uti: nõ tñ si colonus [c].

¶ Commodum est non modicum singulas res singulis uerbis,aut propositionibus exprimere,hoc dicit.

¶ Ait prætor, Deiecisti,aut familia tua deiecit. Meritò familiæ mẽtio habita est. Nam cùm deiecisti, uerbum referatur ad personã eius qui deiecit: nec pertineat ad eum, cuius familia deiecit (nec enim ego uideor deiecisse, si familia mea [d] deiecerit.) ió cõsequés fuit addere, Aut familia tua deiecit.

¶ Hoc interdicto tenetur mandans, si cut mandatarius: uno tamen satisfaciente,alter liberatur, & potest cum utroque agi. hoc dicit.

¶ Deiecisse autem etiam is uidetur,qui mãdauit,uel iussit [e], ut aliquis deiiceretur. Parũ enim [f] referre uisum est, suis manibus quis deiiciat, an uerò per alium. Quare si familia mea ex uoluntate mea deiecerit, ego uideor [g] deiecisse.

¶ Quoties uerus [h] ,procurator deiecerit, cum utrolibet [i] eorum,id est siue cum domino,siue cum procuratore agi posse Sabinus ait: & alterius nomine alterum eximi [k]: sic tamen [l], si ab altero eorũ litis æstimatio fuerit præstita. Nõ enim excusatus [m] est, qui iussu alicuius deiecit: nõ magis quàm si iussu alicuius occidit. ¶ Cùm autem falsus [n] est procurator, cum ipso tantum ,procuratore interdici debere, Sabini sententia uera est. ¶ Sed & si cùm quis alium deiecit, ratum habuero [o], sunt qui putant secundum Sabinum & Cassium, (qui ratihabitionem mandato [P] comparant) uideri me deiecisse, interdictoque isto teneri. & hoc uerius ẽ. Rectius enim dicitur ratihabitionem in maleficio mãdato comparari. ¶ Quod ergo adiicitur, Aut familia tua ui deiecit.meritò scriptum est in eum casum,in quem familia mea ui deiecit [q]. Cæterũ si iussit:ui deiecit ipse [r]. Nec grauari [s] debet dominus, qui nõ iussit: sed seruorum suorum factum præstare, & si nõ iussu eius deiecerũt. nã nõ grauabitur [t] dominus hoc nomine:quippe cùm aut peruenit ad eum [u] aliquid, & restituet. aut non peruenit, & ipsos seruos maleficij causa noxę dedendo,indemnis erit [x]. Quod enim noxæ dedere cõpellitur, in damno † non debet [y] reputare:cũ seruus hoc [z] modo † possit domini conditionẽ deteriorem facere. ¶ Familiæ autẽ appellatio seruos cõtinet.Sed quę ritur, quem numerum seruorum contineat,utrùm plurium an uerò & duorum, uel triũ? Sed uerius † est in hoc interdicto [a],etiã si unus seruus ui deiecerit, familiam deie cisse uideri. ¶ Familię appellatione, & eos quos seruorum [b] loco habemus, contineri oportere dicendum est.

¶ Nolens defendere seruum, aut familiam deiicientem subit pœnas huius interdicti de eo, quod ad eum peruenit.h. d.

¶ Si quis tamẽ neget se seruũ,uel familiam defendere,cogendus est pati hoc interdictũ: ad hoc scilicet ut quod ad eum peruenerit, restituat [c]. ¶ Si filiꝰ familias uel mercenarius ui deiecerit, utile interdictũ cõpetit [d]. ¶ Si aduersus eũ [e] qui in libertatem ex seruitute,uel contrà petitur, post inchoatũ liberale iudiciũ utar interdicto [f], & liber iudicatus fuerit, & apparuerit ignoratẽ eo à seruis eius ui me per alium exactum.imò etiam electum liberatur,ut eod.ti.l.electio.

m ¶ Non enim excusatus.§ imò uidetur excusari:ut ℣.de regu.iur.l. is damnum.in fi.primi respon. sed ibi erat non atrox,& persona subiecta quæ parere necesse habuit,ideo excusatur.

n ¶ Cùm autem falsus.§ quod est etiam si mandatum habeat generale: ut modò dixi.

o ¶ Ratum habuero.§ Duo uidentur necessaria. Primũ, quod meo nomine gestũ sit: aliàs ratũ habere non possum: & si habeã,nõ teneor ut ℣. de preca.si seruus. Secũdũ,qđ habeã ratũ tãquã nomine meo factum:alias secus: ut si audiés nomine meo factũ, dixi,doleo, q nomine meo est factum: nec sic ratum habeo, sed aliàs bene gaudeo. hoc enim gaudiũ nõ cõparatur mandato. multò minus ergo teneor quando non meo nomine actũ prædicto modo gaudeo.

p ¶ Mandato.§ facit C.ad Macedo. l.fi.& ℣. de solu.l.uerò.in fi. Itẽ hoc [1] in his maleficiis, quæ per alium possunt exerceri.secus ergo in adulterio:ut argum.C. de eadu. tol. lege, j. §. ne autem.

† P.F. legat finetũ.

q ¶ Vi deiecit.§ domino ignorante uel inuito.

r ¶ Deiecit ipse. § interpretatione legis: ut ℨ.eo.l.prox.§.Acc.

s ¶ Nec grauari.§ ut sub nomine teneat.

t ¶ Non grauabitur.§ nisi in seruis. aliàs,sine non.

u ¶ Ad eum.§ non dicas domino quæri: ut ℨ.de acquir. posſ. q seruus. & hoc esse pót, ut dices ℣. §. fi aduersus.

x ¶ Erit.§ aliàs est nõ erit: tũc plana.aliàs sine non,& tunc dic,in dẽnis erit,ut nõ teneatur præstari dãni æstimationẽ, uel refarcire de suo,sed seruos oportebit eum præstare pro noxa.Azo.

y ¶ In damno debet.§ aliàs non debet &c.& aliàs sine non:& tũc dic ℘ dãno.ſ.alteri dato debet computare quod dat, ut quasi ipse dans habeat damnum.

z ¶ Hoc modo.§ ſ. delinquẽdo:ut pro noxa detur. Itẽ se occidendo:ut ℨ.de peculio.sed fi damnum.§.fi ipse seruus [2].& facit inſt.de noxa.§.j.an autem pro hac ui seruus possit accusari? Respon.ut ℣.de accu.l.hos.§.omnibus.

[2] Aliàs est in l. seque

a ¶ Interdicto.§ non autem aliàs:ut in contrario.℣. de uerb. sign.l. de testamento.§.unicus.nam hoc speciale.

b ¶ Seruorum.§ ut libertos,uel liberos homines,uel seruos alienos quos pro nostris tenemus :& etiam liberos quos tenemus ut liberos, sed uelut seruis utimur:ad quod facit ℨ. de Publicia. l. j.§. familiæ.& de ædil.edi.ædiles.§.familiæ.& ℣.ui bo.rap.l.ij.§.familiæ.& de uerbo. sig.pronuntiatio.§.familiæ.

c ¶ Restituat.§ ad hoc ℨ.quod me.causa, quod autem diximus.§.j. & ℨ.re.amo.l una.& ℨ.de cond.fur.l.Iul.& de pec. leg.l.iij.§. ex furtiua.& ℣.eo.§i ui me.ℨ.de do.l. sed fi ex dolo.§.j.

d ¶ Cõpetit.§ aduersus patrẽ, uel dominũ in quãtũ ad eos puenit: q a de familia sunt:ut ℨ.prox.dictũ est secũdũ H.& Azo. Vel dic i eos filios & mercenarios.& dic utile.i.efficax.& facit ℣.eo.l.interdicto.ij,

e ¶ Si aduersus eũ.§ cuiꝰ familia deiecit me:ut apparet ex seqntib.

f ¶ Interdicto.§ litem contestando,quod solũ possum:ut ℨ. de libe. cau.l.

cau.l.ordinata. Accursius.

¶ Quod seruus.§ Seruus meus uel procu. uel colonus possidebat, agrũ meũ: ego uideor possidere. unde si ipse deijciat ego uideor deiectus & habeo hoc interdictũ: q a hoc interdictũ cõpetit ei, q tẽpore deiectionis possidebat, siue possidebat aio & corpore, siue animo tantum. unde cũ de agris Ricardinæ uenissem, non animo desinendi possidere,sed retinendi posſ.& aliquẽ ibi pro me non dimiſi: nũc reuertens ad prædictos agros, prohibes me intrare, uel in uia prohibuisti me ire: & incœpisti illos agros possidere, ui uideor deiectus, licet animo possidebam,non corpore. nec obstat, quod uulgò dicitur saltuum, æstiuorum, & hybernorum possessionẽ animo teneri, quasi in aliis agris secus sit, nam in illis dicitur causa excipi:idẽ tamẽ potest esse in omnibus: aliis agris, ex quibus agris nos domini recedentes habentes animum retinendi posſ. possidemus eos animo. si autẽ cùm uellem apprehẽdere posſ. ut quia heres sum alicuius, uel ex alia causa, me prohibes intrare: non habet locum hoc interdictũ.

¶ Vim ui.§ Si uis me deijcere de fundo per uim, possum me defendere similiter ℘ uim: & si cum armis uolebas me deijcere, cum armis me defendam. Secundò dicit, quis dicatur ui possidere: & certè qui per uim expulit possessorem fundi de fundo, & ipse incœpit possidere. Item qui uenit armatus ad fundum meũ: ut si aliqs uellet eũ ide deijcere, posset se defendere, & intrauit possſ.fundi mei,cùm ego eũ non expectassem, sed prælugiebã:& iste uidetur ui possidere. & hoc etiam dicitur ℣. §. idem Labeo &c.si autẽ fundi mei posſ.defendo per uim: nõ dicor ui possidere. Postea dicit:q deiecit me de fundo ℘ uim:si ab alio deijciatur: habet hoc interdictũ. Tandem dicit, q deijcitur de loco quem possidebat: quicquid damni ob hoc habet,recuperat per hoc interdictum:priſtina enim causa restituenda ẽ, ac si nõ esses deiectus. Vtimò dicit deiectus sum de fundo, & amiſi plures res, quas ibi habebam.licet mihi restituat fundus,habeo adhuc hoc interdictum, ratione rerum quas amiſi. si autem uolo ℘ illis rebus agere ad exhibendum: possum.? Item ui bonorum raptorum:hoc dicit usque ad §. quod autem Franciscus.

a ¶ Restituat.§ ex illa parte edicti, aut familiæ &c. & not.si restituitur possessio ergo fuit amissa:ut ℣.eo.§. fiue autẽ. sed domino nõ quæsita:ut ℨ.de acqui.posſ.quod seruus, quod potest esse:ut ℨ. de usuca. nõ solum.§.si dominus.

b ¶ Possidere.§ ut & C. communia de usuca.l.j.

c ¶ Ignoret.§ ut & ℨ.de acqui.posſ.peregrè.§.quibus.& facit l.iij.§. qđ seruus.& l.si de eo.§.j.& ℣.eo.l. fi.& ℨ.ea.l. §. deiicitur.in fin.sed q dicunt istos insolidum naturaliter possidere per l. ℨ. communi diui.l. cõmuni diuidun.§. neque.quomodo hoc intelligunt:respon. possidẽt: non tamen pro suo:& ideo in fructu diuersum.

d ¶ Possidebat.§ fic ℨ.de regu.iur.l. nemo.uideſ rem amittere,not. quòd per hoc apparet, quòd usufructuarius retinet possessionẽ, licet non sit in cõspectu,solo animo: cùm lex dicat dari ei unde ui interdictum:ut ℣.eo.l.iij.§. unde ui.quidã tamen dicunt eum habere quãdam ciuilem per quam retinet illam naturalem: quod non uidetur, cũ dominus ciuilem habeat: & ea insolidum penes duos esse nõ possit:ut supra de acquiꝛ.posſ.l.iii.§.ex contrario.Idem dicimus in colono:ut licet non sit in fundo, tamen dominus per eum naturaliter retinet. Itẽ no.hic duo necessaria,ut competat interdictum. Primum,q uerè corpore hic duo necessaria,ut competat interdictum. Primum,q uerè corpore uel animo possideat deiectus tempore deiectionis: ut hic, & ℣. prox Secundum,quod uere possessionem amittat:ut ℣.prox.§. in fi.& infrà,ead.l.§.non autem. Tertium autem nõ est necesse.scilicet quod possessio quæratur uiolento:cùm etiam de eo quod non peruenit,cõpetat intra annum:ut ℨ.ea.l.in prin.& sic intelligitur ℨ.de usuca.l.non solum.§.fi dominus.

e ¶ Siue autẽ corpore.§ id est iniustè: ut in re donata uxori a uiro.

f ¶ Animo.§ id est ciuiliter & inſtè:ut ℨ.ead.l.§. deijcitur. & ℣.§.q a me.uel dic corpore:ut q a inſistat rei: animo quando nõ inſistit. ad qđ sequitur &c.& §.quod uulgò.& not. quod aliquis possideat ciuiliter & naturaliter:ut qui est in re uel in conspectu:alius ciuiliter: ut qui aliun de redit:& alius naturaliter tantum, ut fructuarius.

que utatur uocabulis exempli causa dandi.h.d.

¶ Quod uulgò [m] dicitur, Aestiuorũ hybernorumq; saltuũ nos possessiones animo retinerẽ, id exẽpli causa [n] didici Proculũ dicere.nam ex omnibus prædiis ex quib. non hac mente recedimus, ut amittere possessionem uelimus,idem est.

¶ Non uidetur deiici, qui possessionem adhuc non apprehendit.h.d.

¶ Eum qui neque animo, neque corpore possidebat, ingredi autẽ, & incipere possidere [o] ,phibeãt, non uideri ui deiectum uerius est. deiicitur enim, qui omittit possessionẽ [P], nõ q nõ † accipit. ¶ Vim ui † repellere licere Cassius scribit: idq; ius natura [q] comparatur. Apparet [r] autẽ (inquit) ex eo arma armis repellere licere. ¶ Vi possidere [s] cũ diffiniendũ est, qui expulso ueteri possessore, acquisitã [t] per uim rerũ possessionẽ obtinet: aut [u] qui in hoc ipsum aptatus & ℘paratus uenit [x], ut contra bonos mores, auxilio,ne prohiberi possit ingrediens in possessionem, uim facit [y]. ¶ Sed qui per

g ¶ Nemine.§ q a ali quo ibi relicto per eum possidet : nec amitteret possessionem nisi ille expelleretur: ut ℣. e. §.non autem.

h ¶ Prohibitus sit.§ an hic non admittens possideat ui ? hic innuit quod fic : ut ℨ. de acqui.posſ. l. clam. §. fi. Sed contra. ℨ. de usufr. leg. sequitur. §. idem si occupaueris. ubi dicitur,quòd clam tantum, non ui. Sol.ut ibi.

i ¶ Detinuerit.§ fic & C. ubi de possessione agi opor.l.j.

k ¶ Possederit.§ qui eum detinuit uel deiecit.& dic maximè.nam idem & si nõ acquisiuit possessio. ut modò no. prox. §. uel i deo dicit. ut appareat quod res uitiosa est facta. nam etiã sine hoc habet locũ in terdictum unde ui:ut dixi. Vel refert se ad causam, ubi fic detinuit: ubi est necesse, ut possideatur. uel dic quartò, ipse possederit scilicet qui deiectus est. & secundũ hoc possedit in præteritum.& secundum alios intellectus tres primos possedit, scilicet posſea.

† P.F. acci pitur.

† Nota. ℘ unicuique est licitum uim atque iniuriã ℘pulsare. Adde text. optimum quem etiã glo. hic allegat in l. scientiam. §. qui cum aliter. ℣.ad leg. Aquil. adde ad istud uidendum Ang. in l. j. ℣. ad leg.Cor.de sicariis.

l ¶ Possessionem.§ ei ob timoré accedere nolenti:ut & ℨ.de acq.posſ.sed si nolit.& l. si id quod.§.fin.sed si te absente occupauit, & timore non redisti, non tamen in itinere te deristi nuit:an habeat locũ interdictũ unde ui? constat quòd amittis: ut d.l. sed si nolit.& l.possideri.§.fiquis nuntiet.& lege, si id qđ.§.fin.H.negauit & habet locũ l. cùm quærebatur. secundũ eum qui dixit nacuã, & quæ animo & ciuiliter tenet. Placent. dicebat idẽ.scilicet & addebat debere eũ uenire ad locũ, ut sic tunc ab ingressu repellatur, & ex tunc cõpetit ei interdictũ:ut ar.ℨ. quod metus cau.metũ ibi, qđ deiici non expe.&c. sed hęc additio non potest stare.nam cùm nõ admittit, non possidebat ergo nõ daꝛ ei interdictũ:ut ℨ.proxi.§. amiserat enim prius ,pter timorẽ:ut dixi, sed ipse respondebat,quasi hodie.cùm nõ admittitur,uideatur deiectus:ut & alias quis retro fingitur usus: ut ℣. de iti.actuque pri.l.i.§.si quis propter. Azo. & Io.dixit dari utile interdictum ad exemplum eius,quod dicitur de familia,& mercenario qui alium expulerunt de prædio, & prædii posſ. peruenit ad dominum ex delicto eorũ. tenetur enim dominus utili interdicto ratione pertinentis. multò ergo magis debet teneri iste, qui deliquit, cùm ad eum propter suspicionem meã puenerit possessio:ut ℨ.ea.l. §. si filius.& §. fiquis tamen neget. Item pro eis quod dicitur dari ei, qui deiici nõ expectauit:sed uidit homines uenire.& si illi uenìebant, licet nõ fuerint ingressi:ut ℨ. de usuca.nõ solum.§.si dominus.& ℣.eo.§.idẽ Labeo. Itẽ pro hoc ℣.eo.l.iii. §. qui armati.

m ¶ Quod uulgò dicitur. § ut ℨ. de acquir.posſ.l.iii.§.saltus.& lege, peregrè.§.fi.& l quamuis.

n ¶ Exempli causa.§ q.d.nõ est speciale in istis. Sed quã retinet animo? Azo.naturalem.uel dic ciuilem,ut not.ℨ. de acqui.posſ.l.i. in prin.

o ¶ Possidere. § ueluti hæres fortè.

p ¶ Possessionem.§ quam antea habebat. ad quod est. §. interdictũ autem.& quod ibi no. & ℣.de reg. iu.non uidetur rem. Accursius.

q ¶ Natura § i.ure naturali:ut & ℨ. de iust. & iu.l.ut uim. & ad idem ℨ.ad l.Aquil.scientiam.§. qui cum aliter. & ℨ.qđ me cau.sed & partus.

r ¶ Apparet. § quia armata uis aliter non potest repelli, nisi cum armis.ad quod est ℣.eo.l.iii.§.cùm igitur. & C.eo.l.recte.

s ¶ Vi possidere. § subaudi etiam.

t ¶ Acquisitam.§ ab expulso,non expulſſore:ut ℣.eo.l. cùm a te.

v ¶ Aut. § alias ut,& alias aut.

x ¶ Venit. § ut per uim possessionem teneat.

y ¶ Facit.§ ne prohiberi possit. Tria ergo sunt: quia inuadit & retinet per uim,ut in primo casu. aut tantum tenet per uim, & in hoc pænet per uim,ut in primo casu. aut tantum tenet per uim, & in hoc pænam tenetur. aut quiescit, & per uim ratus uenit auxilio.ſ.tali,ut etiam fiquis uellet, cum deiicere, posſet se tueri

Universidad de Deusto
Biblioteca

tueri nõ autẽ inuasit p uim: quia dominus prefugerat, & hoc eodẽ ca
su Vlpia. dicit idẽ, quod Labeo: ut ℣. §. proxi Tertius est in eo, q tenet
suam: & tunc licet: ut subijcit, sed qui &c. C. e. l. j. & ℣. l. iij. §. eum igit.
& ℣. co. §. uim ui. Vel dic primò casu, occupauit p uim, sed pacifice te
net, nec enim aliquẽ timet. Secundò inuasit, & tenet p uim: & ad hæc
duo paratus uenit. Ter
tiũ non muto. In quar-
tò, scilicet in §. item
Labeo. idẽ dices, quan
do tãtũ tenet per uim.
nam præfugerat domi
nus. Alij dicunt primũ
loqui de eo qui inuasit
possessionem, quam
alius inuaserat: ut &
℣. eadem l. §. qui a me.

a ¶ Vi uideri deiectum. ℣ licet alio tenderet, nec occupauit: ut bene reprehẽdatur per Pomponium.

b ¶ Corpore. ℣ id est sine facto corporali, id est occupatione.

c ¶ Ergo. ℣ alias ergo, alias ego.

d ¶ Occupauerit. ℣ cum dominus præfugerit, exigit occupatio. alias non habet locum hoc interdictũ, ut hic dicit, & §. quod metus eau. l. metũ. ij. rñ. & ℣. l. iij. §. proinde. Sed contra. §. de usuca. non solũ. §. si dominus. ubi nõ exigit occupatio. Sol. secũdũ B. exigitur occupatio, ut habeat locum interdictũ, ut hic, non quo ad amittendã possessionem: ut ibi. & pro eod. ℣. l. iij. §. proinde. Vel dic secundum Mar. etiã quo ad interdictum non exigi occupationem, si modò illo tendebãt: ut in cõtrario. secus si alio ut d. §. proinde. hic autẽ subaudies, maximè si illi ui &c. uel etiam dicit ideò: quia si non occupassent, sed metu sibi dari fecissent: ut ℣. l. si rerum. Vel tertiò, ut denotet rem uitiosam. & dicit, si illi &c. & in l. contraria. in fi. & de his no. ℣. l. iij. §. proinde. Accursius.

e ¶ Vi deiectum, ℣ & ui possessum. sed sine occupatione non erit ui possessum: licet possit esse ui deiectus: ut modo dixi. quid ergo si dudũ possessionem occupauerit.

f ¶ Qui a me ui. ℣ expulsiua.

g ¶ Habet hoc interdictum. ℣ directum secundũ Io. ut & ℣. eo l. colonus. & l. cùm fundum. arg. C. de præscrip. xxx. an. si q s emptionis. §. Pedius. Itẽ q d si a sed & si quis. & ℣. q d me causa. si cũ exceptione. §. Pedius. Itẽ q d si a meipso deijciatur ex interuallo? Rñ. uidet habere cõtra me, cũ tantũ incontinenti mihi liceat: ut ℣. eod. qui in pos. non ob. exceptio p l. j. de excep. do. l. dolo, quia illud in petitoriis. dic ergo uidetur me teneri, & postea agere. econtra uidet casus legis, ut non tenear: ut §. quod me. causa. sed & partus. §. quæri. sed illud quo ad ac. quod me. cau. in qua damnũ exigitur: ut e. ti. l. sed & partus. & §. fi. in consti. si quis in tantũ minus dubij. est. Sed cur furi non datur actio furti: ut ℣. de fur, itaque? Respon. forte ne inuitentur homines ad furandũ: ad q d facilius inuitarentur, quam ad inuadendũ. arg. §. de pac. do. conuenire. q d non placet: ut §. de pac. l. si unus. §. pacta quæ. sed ideò, quia & si reciperet, alij redderet id ipsum: q d in fure non contingeret. uel ideo aliud, q a hic non potuit a ui custodire: sed fur a furto sic: ut ℣. de act. emp. si ea res.

h ¶ Pristina enim causa. ℣ id est utilitas.

i ¶ Habiturus ℣ Quid ergo si usucapiebat: & pauci dies superant ad complendũ? arg. quod ueniat. ut & ℣. §. non solum. arg. §. de fun. dota. si fundum. Sed arg. contra. ℣. de fur. si is cui. §. fi.

k ¶ Experiri. ℣ Sed nunquid hoc nerũm est, etiam si ad violentum non peruenire? arg. quod sic. §. ea. l. in prin.

¶ Quod autẽ ait prætor. ℣ CASVS. Nunc exponit Vlpia. quædã uerba edicti: hęc. l. q nq; ibi habuit. & dicit, q d omnes res cõprehẽdit: siue erãt deiectæ siue ei cõmodatæ uel depositę, uel obligatæ. Postea exponit uerbũ tũc, positũ in edicto. i. dicere, ut res quas habuit in fundo, tunc cũ fuit deiectus, ueniat in hoc interdictũ: siue tũc amisit eas: siue postea: ut q a omes ibi remãserũt, & perierũt: uel serui remãserũt, & perierũt. nã deijciẽs nomine omnũ tenebit. hinc ẽ q d & si domus

uim possessionem suam retinuit: Labeo ait nõ uideri ui possidere.

¶ Idem Labeo ait eum, qui metu turbę perterritus fugerit, ui uideri deiectũ [a]. Sed Põponius ait, uim sine corpore [b] aliquo locum non habere [c]. Ergo etiam eum, qui fugatus est superuenientibus quibusdã, si illi ui occupauerint [d] possessionẽ, uideri ui deiectũ [e]. ¶ Qui à me ui [f] possidebat, si ab alio ui deiiciat, habet hoc interdictũ [g].

¶ Qui autem ui deiectus est, quic quid damni senserit ob hoc, quod ui deiectus est, recuperare debet. Pristina enim causa [h] restitui ei debet, quam habiturus [i] erat si nõ fuisset ui deiectus.

¶ *Non liberatur uiolentus deiector restituto fundo, nisi & restituantur alia ablata de ipso fundo. Et potest agi ad exhibendum pro rebus mobilibus, si uult ipse deiectus, uel is ad quem res pertinẽt. Bartolus.*

¶ Si fundus, à quo ui expulsus sũ mihi restitutus esset: cæteræ uerò res quæ ui ablatæ sunt, nõ restituãtur, hic dicendum est interdictum nihilominus tenere: quia uerũ est me ui esse deiectum. Planè si quis uelit de possessione quidẽ rei soli p hoc interdictum experiri [k], de rebus uerò mobilibus ad exhibendũ actione: potest hoc in suo arbitrio habere. & ita Iulianus scribit.

¶ Idem scribit, & si quis ui bonorum raptorum de huiusmodi rebus uelit experiri.

¶ *Exponit Iurisconsul. quędam uerba edicti, & est tex. satis facilis (quia plura scribere esset inutiliter membranam occupare) usque ibi, Interdictum hoc.*

¶ Quod aũt ait prętor, Quæque ibi habuit, sic accipimus ut omnes res contineantur, non solùm quæ propriæ illius fuerunt, uerùm & si quæ apud eum depositę sunt, uel ei commodatæ [l], uel pignoratæ, quarumq; usum, uel usumfructũ, uel custodiam habuit, uel si quę ei locatæ sunt. Cùm enim dicat prętor, Habuit. omnia hæc habendi uerbo [m] cõtinentur. ¶ Rectissimè autem prætor addidit, tunc ibi, Habuit. Tunc sic accipimus, cùm deiiceretur. Et ideò si quid posteà desiit illic esse, dicendum erit in hoc interdictum uenire. sic fit, ut etiam si homines, uel pecora demortua sint post deiectionem, interdicto locus sit. ¶ Deniq; Iulianus scribit eum, qui ui deiecit, ex eo prædio, in quo homines fuerãt, propius esse, ut etiam sine culpa eius mortuis hominibus, æstimationem eorum per hoc interdictum restituere debeat: sicuti furhomines ét mortuo eo tenetur [n].

de qua deiectus q s est cõbusta sit: postea teneẽ deijciẽs emẽdare, etiã cùm semp fuerit in mora. Postea exponit uerbũ ibi, positũ in edicto: & ẽ dicere, quod res quas habebat scilicet in tota illa possessione de qua ẽ deiectus, ueniant in hoc interdicto. Postea exponit uerbũ intra annũ positum in edicto. nam ille annus utilis ẽ: ex die deiectiõis utilitas quã habuisset deiectus, si deiectio non esset facta, uenit in hoc interdictũ, quia teneẽ deijciens quo ad æstima. etiã si defuit possidere. Postea quæritur an hoc interdictũ deẽ liberto cõtra patronũ: item filio contra patrẽ si ab eis sint deiecti? Et dicas quod non, sed in factũ deẽ: & hoc si uis fuit sine armis. si autẽ cum armis: tunc dabitur bene hoc interdictum, & liberto & filio cõtra patronum & patrẽ. Item hoc interdictum datur hęredi, & cæteris successoribus. Itẽ datur ei, qui desijt possidere per deiectionẽ. Pone enim, q deiecisti me: non autẽ meã familiam. cùm adhuc possideam, non habeo hoc interdictum. Quid autẽ si me expulisti & partem familiæ meæ partẽ in fundo ligasti: uel si totam familiam meam ligasti, bene habeo hoc interdictum, cùm desierint possidere. Sed q d si me inuenisti in fundo meo, & me ibi ligasti, & tenebas me ita ligatum? habeo hoc interdictũ cũ deiect. uidear. Posteà dicit: non solùm deijciens tenetur hoc interdicto: sed & hæres eius tenetur act. in factum ad id, quod ad eum peruenit ex ui deiectis siue illa uis facta fuit cum armis, siue sine armis: & perpetuò datur contra hęredem: cùm detur in id, quod ad eũ peruenit. Quid autẽ contineatur nomine armorũ, specificat: scilicet fustes, lapides & similia. Et dicitur uis armata, siue hæc arma habuerunt à principio, siue postea cœperunt habere. Item si cum armis uenerunt ad deijciendũ, licet armis non fuerunt usi in deiectione armata: tamen uis dicit. sufficit enim deterror armorum, alias terror. Sed pone, quòd aliquis existens in fundo suo uidens armatos credens eos ad eũ uenire: fugit dematos uenire: fuit erat uerum, siue nõ: & fugit propter hoc de fundo: illi tamen non intrauerunt: non uidet ui deiectus. Tádem dicit: cùm irem ad Ricardinam, & uellem in agros meos intrare: ꝓhibitus fui a quibusdam armatis. uideor deiectus armis. Tandem dicit: qui cum arma uult me deijcere, possum & armis resistere: & si iã me deiecit, possum eum expellere absque pœna: & hoc incontinenti, nõ ex interuallo. & hoc dicit hic §. cum l. seq. & prin. sequentis usque ad §. cũ ꝓcurator. Franciscus Accursius.

l ¶ Commodatæ. ℣ Sed quomodo in depositio, cùm nõ teneatur nisi dolũ commiserit. & in commodato, cùm & ibi custodia aduersus uim parũ proficiat: ut supra. commodati, ad eos? Respond. secundum quod dam culpa commisit, quia potuit defendere: nec fecit. Alij q d prœnerat culpa post quam quis de casu tenetur: ut §. commod. l. in rebus. Alij quod per pactũ se adstrinxerat ad casum ar. §. depositi. l. j. §. sæpe, quibus casibus cùm teneatur, interest eius. & ideò agit. alias cum non teneretur, nec agere: ut infra, de fur. l. eum, qui. §. is apud quem. & §. præterea. & §. non solum. Tu dic etiam agi si non interfit ex prædictis causis: & aliud in furto: & hoc odio inuadentis. aduersus quem non ꝓt præuideri: ut d. l. ad eos & supra, lo. sed & de dãno. & de act. emp. l. si ea res. In quo ergo damnabitur uiolentus si nõ restituat res tales? Respon. in rerum æstimationẽ quasi tantùm interfit, cùm ad eas per tra rei æstimationem interesse potest magis, non autem minus: ut ibi exponitur litera.

m ¶ Verbo. ℣ in latissima significatione. Azo.

n ¶ Tenet ℣ ut & §. de cõdi. fur. l. fin. & de fur. lege, subtracto. & C. de condi.

de condi. fur. ante. & quod me. cau. l. j.

a ¶ Vbi enim quis. ℣ ubi, id est postquam, uel statim. & subaudi eũ.

b ¶ Stetisse uidetur. ℣ id est semper ẽ in mora: ut ℣. e. l. pe. & de uer. obl. l. nemo. §. fi. non ergo distinguitur, erant periturę penes actorem uel nõ: ò Martine: sed pro te est §. q d me. cau. si cũ exceptiõe. §. quod si homo. ibi, sicuti in interdicto &c. sed: expone ut ibi. Item pro te §. de peti. hæ. si à domino. §. si prædio. sed rñ. ut ibi. pro nobis autem sunt prædictæ concor.

c ¶ Vel locum. ℣ in quo morãtur: ad quod est ℣. de uerb. signi. l. locus. Accursius.

d ¶ Quibus ℣ f. pos.

e ¶ Interdicto. ℣ alias edicto, alias interdicto. & facit ℣. de diuer. & temp. præscrip. l. j. Accursius.

f ¶ Fructuum. ℣ etiã percipiendorum: ut C. eo. si de possessione.

g ¶ Interdictis. ℣ ut & §. de interdi. l. in interdictis. & ℣. de precario. l. quæritum. §. ex hoc. est ergo hoc speciale in interdicto quod ui, aut clàm: ut ℣. quod ui, aut clã, semper. §. in hoc interdicto. & §. de usu. l. uidea mus. §. in fauiana.

h ¶ Non solùm autẽ fructuum. ℣ ut & §. §. proxi.

i ¶ Si ui. ℣ alias se ui deiectum non esse. aliàs si ui deiectus non esset. & fa. C. eo. l. si quado actum.

k ¶ Non possidet. ℣ deiecit tamen: Azo.

l ¶ Cogitur. ℣ licet æstimationem, ut & ℣. eo. l. si ui me.

m ¶ Isidem competere. ℣ filius uel libertis. Accursius.

n ¶ Hic. ℣ id est isto casu. Accursius.

o ¶ Competit. ℣ Nõ aliàs. & secundũ hanc distinctionem accipe: ut §. de obseq. l. ij. & l. licet. quibus indistinctè denegari dicitur interdictum. & facit §. de dolo l. non debet. & de in ius uocand. l. sed si hac lege. §. penul. Accursius.

p ¶ Et cæteris. ℣ de iure prætorio. Accur.

q ¶ Competit. ℣ ut instit. de perpe. & tẽpo. act. §. sed hæredibus. econtra, in hæredẽ non datur, nisi peruenit: ut ℣. §. fina.

r ¶ Possidet. ℣ ut ℣. titu. j. l. j. §. consequenter. Accursius.

s ¶ Præbet. ℣ aliàs præbet. & aliàs probat.

t ¶ Retineo. ℣ hoc est planum in ea possessione quam eorum scilicet corpore & animo possideo: ut peculiariter. si autẽ meo animo & eorũ corpore. & sic ciuilẽ per me, naturalẽ retineã per eos, & tũc idẽ. Nam cum retineam ꝫ naturalẽ per colonos, & similiter etiã ciuilem non uideor amisisse, quia est mixta naturali, utpote dignior: dominio ergo expulso, neutra perdit: ut hic, sed colono expulso tunc utraque perditur quasi ciuilis concomitetur naturalem amissam: uel quia in colonj persona repræsentatur dominus: ut supra, de acq. pos. peregre. §. quibus. & §. eodem. l. quod seruus. Sed licet domino solo deiecto nõ perdat dominus: secus tamen si sua uoluntate spontanea alij tradat; Huic consequens esse ait, ut uillæ quoq; & ædium incendio cõsumptarum pretium restituere cõpellatur. Vbi enim quis [a] (inquit) ui deiecit, per eum stetisse uidetur [b], quò minus restitueret: & idcirco constare ait eum, qui ui deiecerit, quiue dolo malo desierit possidere, hoc interdicto teneri. ¶ Ibi autẽ ait prætor, ut ne q s & ea, q̃ illic non habuit, complectatur. Sanè quod ait prætor, ibi: quomodo accipimus? utrũ in eo loco unde ui deiectus est an verò in omni possessione? Et melius dicetur nõ ad angulum unũ referendum, uel locum [c] in quo fuerit: uerũ ad omnes partes possessionis, qua q s [d] caruit cùm deiiceretur. ¶ Annus in hoc ĩterdicto [e] utilis est. ¶ Ex die quo q s deiectus est, fructuũ [f] ratio habetur: quamuis in cęteris interdictis [g] ex quo edita sunt, nõ retro computẽtur. Idẽ est & in rebus mobilibus quæ ibi erãt. nam & earum fructus cõputandi sunt, ex quo quis ui deiectus est. ¶ Nõ solùm autem fructuũ [h] in hoc interdicto ratio habetur: uerùm cæterarum etiam utilitatum habẽda est. nam & Iul. refert in hoc interdicto omnia quæcunq; habiturus uel assecuturus is erat, qui ui deiectus est, si ui [i] deiectus nõ esset, restitui. Eorum autẽ litem à iudice æstimari debere, eumque tantum consecuturum, quanti sua interesset, si ui deiectus non esset. ¶ Ex interdicto Vnde ui etiã is, qui nõ possidet [k], restituere cogitur [l].

¶ *Hoc interdictum denegatur liberis & libertis aduersus parentes & patronos: nisi ui armata expulsi sint liberi uel liberti: & datur eis loco interdicti denegati actio in factum. h. d.*

¶ Interdictum hoc quia atrocitatẽ facinoris in se cõtinet, quæsitũ est an liberto in patronũ, uel liberis aduersus parentes cõpetat? Et uerius est, nec liberto in patronũ, nec in parentes liberis dãdũ esse: meliusq; erit in factum actionem iisdem competere [m], aliter atq; si licet colonus non eius sed uelit meo nomine retinere. Item & ideo retineo ego deiectus per colonũ, quia si per do per eũ deiectum, multò magis retineo per eum non deiectum: ut argu. C. de usufru. l. antepe. Item facit ℣. de uerb. oblig. si ita stipulatus fuero per te.

u ¶ Imperauerit. ℣ pro suo commodo, uel etiam ut exirent.

ui armata usus sit aduersus libertũ patronus, uel aduersus liberos parens. Nam & hic [n] hoc interdictũ competit [o]. ¶ Hoc interdictum hæredi & cæteris [p] successoribus competit [q].

¶ *Retinenti possessionem per suos, licet ipse deiectus sit: non datur hoc interdictum, nisi forte hi, qui remanserunt in fundo, cæperint à deiciente possideri. hoc dicit. cum. §. sequen.*

¶ Non alij autẽ quàm ei qui non possidet [r], interdictum Vnde ui competere, argumẽtum prębet [s], quod apud Iulianum relatũ est: si quis me ui deiecerit: meos aũt nõ deiecerit: non posse me hoc interdicto experiri, quia per eos retineo [t] possessionem qui ui deiecti non sunt. ¶ Idẽ † Iul. refert, si seruos quosdam ui repulerit, alios retinuerit, & uinxerit, aut etiam eis imperauerit [u], ui te deiectũ intelligi: desiisse enim possidere [x], cũ serui ab alio possideantur. Et q d in parte [y] seruorum dictũ est, idẽ in omnibus dici ait, si fortè nemo depulsus esset, sed possideri ab eo cœpisset q ingressus in possessionẽ esset. ¶ Quid dicturi essemus tractat, si aliquo possidente [z] ego quoque ingressus sim in possessionem, & nõ deiiciam possessorem, sed uinctum opus facere cogam: quatenus (inquit) res erit [a] ? ego uerius puto eum quoque deiectũ uideri, qui illic uinctus est [b].

¶ *Hoc interdictum inquantum est rei persecutorium, datur etiam in hæredes in id quod ad eos peruenit, & datur perpetuo. h. d.*

¶ Ex causa huius interdicti in hę redem, & bonorum possessorem, cæteròsque successores in factũ [c] actio competit in id quod ad eos peruenit [d].

¶ Paulus lib. lxv. ad edictum. LEX II.

DOlòve malo eorum factum est, quò minus peruenirẽt.

¶ Vlpianus libro lxix. † LEX III.

IDem est, & si q s armis deiectus ẽ: q a ex facinoribus defunctorũ de eo, quod ad hęredem

x ¶ Possidere. ℣ f. te intelligendum est, & sic interdictum datur. Sed opponitur: quia hoc eod. casu uidetur dari quod metus causa: ut §. quod me. cau. l. metũ. §. idẽ ait: & si forte: ergo hoc cessat: ut ℣. eo. l. si metu. Sed hic priuatur possessor possessione: & recedit deiciẽs: sed in l. metum. nõ: sed tantũ ut patiatur ædificare. Item oppo. quia uidetur uis turba tiua & sic uti possidẽ. dari. ergo non hoc: ut ℣. eo. uim facit. Sed rñde, ut modò dixi: quia hæc & si non expulsiua: tamen priuatiua est uis. eo enim q̃ ligat possidẽtẽ, uidetur eũ priuare possessione. ad quod est ℣. de libe. ho. exhi. l. ij. ut in turbatiua non eũ deiicio: sed tantum turbo: nõ permittendo eum arare & colere: ut dicta l. uim facit. Acc.

† alias Vlpianus.

y ¶ In parte. ℣ seruorum. No. q d dixit §. de usur. qui scit in prin.

z ¶ Si alio possidentem. ℣ libero. f. hoie.

a ¶ Esset. ℣ id est q d iuris sit.

b ¶ Vinctus est. ℣ quia non distat à seruo &c. qui uinctus detinetur ut ℣. de lib. ho. exhi. l. ij. & oppo. & respon. ut modò dixi. Itẽ quid si imperaui colono tuo, ut pro me possideat & facit timore? uidetur tẽ ui deiici: ut hic dicitur.

c ¶ In factum. ℣ quæ in locum interdicti datur: instit. de interdi. §. fin. & nihilominus hic datur interdictũ. ar. ℣. eo. l. idem. §. hoc interdictum.

d ¶ Peruenit. ℣ & perpetuo: ut & ℣. l. idẽ est. §. j. & §. q d metus cau. quod autem. & l. seq. & de dolo. l. quod in hæredem. & l. seq. & C. ex deli. def. l. j. & C. eo. ui pulsos. & ℣. de reg. iur. l. sicuti. Nam turpia &c. ut §. de calum. l. hæredem. Accursius.

† Ad edictum.

¶ Cum procurator. ℣ Si procurator meus deiecit aliquem de fundi possessione cum armis me iubente, uel ratũ habẽte teneor: q a ego uideor deiecisse. idẽ in familia. Itẽ tenetur cuius instigatu familia mea deiecit aliquẽ. Itẽ hoc interdictũ datur post annũ in id quod peruenit in quo habebat usumfr. habet hoc interdictũ. phiberi aũt dicitur fructuarius uel existens in fundo, in quo habebat usumfr. deiiciatur, siue cùm exisset sponte de fundo, nunc uolẽs redire nõ fuit admissus. sed si ab initio uelit incipere uti frui, & fuerit prohibitus. non habet locum hoc interdictum: sed rei uend. agat. quod expone ut in glos. & prædicta habẽt locũ in usufructuario domus siue fundi. in fructuario uerò

† In P. F. incipit q d est & si q s.

Universidad de Deusto
BibliotecA

rei mobilis secus ẽ: nisi res prędictæ mobiles solo cedãt, ut sunt tignã, quæ sunt in domo, & quę dixi in fructuario: & ex quacunq; causa sit constitutus usus uel ususfru. id est siue inter uiuos, siue in testamento: idem est, Ac ut breuiter dicam qualitercunque fructuarius possidens dejectus sic habet hoc interdictum, & durat ei etiã si postea capite sit minutus, & sic amisit usumfr. & hoc casu dabitur ꝓ prĕterito damno, non ut pro futuro tempore constituatur ususfr. & dabitur etiã hæredibus & in hæredes deiicientes datur in factũ in id quod ad eos peruenit. Fran.

† Nota istum text. q̃ armorũ appellatione cõprehendũtur fustes lapides, & omne id, qđ nocere potest: quod sin. intelligo hic esse uerum ſpropriè, sed nõ proprię. gl. est singulariter notanda in cle. j. de sta. mo. super uerbo. arma. quã singulariter dicit not. Angel. in §. ex maleficiis. instit. de actio. in vj. col. idem Ang. in §. recuperandæ. instit. de interdi.

a ¶ Actio datur. ‡ Videbatur qđ quando cũ armis facta est, non deberet dari in hæredes, etiã de eo quod ad hæredes peruenit: quia acrius punitur criminaliter deiiciens quam cum uis facta est sine armis: sed tamen contra est, quia datur. uel dic ecõtra uidebatur dari etiam si non peruenit propter immanitatem criminis, sed tamen nõ datur nisi in id quod peruenit, ut subiicit: sufficit enim &c.

b ¶ Perpetuò. ‡ ad quod faciunt concor. positæ §. l. j. §. fin.

c ¶ Ronphęæ. ‡ i. lanceæ quæ habent rostrũ uel rãponam ad homines capiendos. Alij hñt rambolas. & facit j. de uerbo. sig. l. armorũ. & instit. de interdi. §. qui autem. Idẽ in telo: ut j. de fur. si pignore. §. ij.

d ¶ Retinuit. ‡ nec cum eo percuteret. H. uel dic unus uel alter, quasi non omnes.

e ¶ Concertatione. ‡ alias concertatione, & alias deiectione, & alias certamine.

Adde tu limitando hunc text. nisi in statuto de armis: quia fustes, lapides, & similia non comprehẽduntur. gl. est de hoc fin. in cle. j. §. nos eorũ. in uerſ. arma. extra de statu mon. de quo p Aretin. in suo tracta. malefi. in glo. in uerſi. armatus. & per Ludo. Ponta. in l. i. §. occisorum. supra ad Syllã.

f ¶ Vt fustes. ‡ ex eo quod non inſpecto prin. sed fine dicitur hic uis: sume arg. quod si alio tendentes cum uiderent me fugisse, mutato proposito ingrediantur, quod uidear ui deiectus inſpecto fine.

g ¶ Sed deiecerunt. ‡ ſ. sine armis: quia fortè armatis uisis fugerunt: aut eum uenissent armati, eis depositis deiecerunt possidentes. Accur.

h ¶ Armorum. ‡ Arg. ad quæstionem, quæritur an oporteat aliquẽ expectare primò se percuti. scilicet quod nõ: ut no. C. unde ui. l. j. & fa. & C. de fur. l. si quis. & ſ. depoſi. lege. j. §. item senatus. & facit ſ. ad legem Aqu. sed & si quacunque. & C. de sica. l. ij. & iij.

i ¶ Videiectus. ‡ imò uidetur ui deiectus: ut ſ. de ususfca. l. nõ solùm. §. si dominus. Sol. non uidetur ui deiectus ut habeat interdictũ, ut hic: sed quo ad hoc ut amittat possessionem, sic: ut ibi secundum Azo. Alij quòd hic alio ibant: ibi illud. quod nõ placet, q̃a quo ad admittendam possessionem non refert ibant illuc, uel non, uel etiam in nullo loco. nam semper amittitur: ut ibi.

k ¶ Cùm armatos. ‡ aliò tendentes secundum Io. & Azo. & sic loqtur eo casu, quo superius proxi. respõ. & hoc etiã casu loquitur supra quod me. cau. l. metum. ij. respõnſo. & quod subiicit, siue uerũ &c. scilicet eos esse paratos ad eũdũ alio, siue non: & quod subiicit non esse ui deiectum: ſupple, nec alio modo quo ad interdictũ, ut &c. sed quo ad quæ est huic respon. contraria in eo quod subiicit non uideri deiectum ui. Alij dicunt illuc tendentes: nõ aliò & quod subiicit siue uerum &c. scilicet eos esse armatos uel non, uerè tamen ueniebant, & illuc secundum eos, Item quod subiicit non esse armis deiectum, sed sine armis ui facta cum armis secundum eos. Ad idem tamen utraque datur cùm non placet.

l ¶ Discessisset. ‡ si aliò tendebant: ut dixi: & tamen metu discessi. ergo amisi possessionem. meo animo. unde licet mutato ꝓposito apprehendant eam, non tenentur: quia tunc non possidebam: ut supra eodem, lege. j. §. interdictum. Respond. datur utile. argu. supra eodem. lege. j. §. familiæ. Vel dic quòd recessit. nõ animo deferendi possessionem. sed forte sub illa conditione, si illi intrarent. argu. supra de acqui. posse. lege, si me in uacuam. secundum Azo. Item cp. alia ratione quòd non uidetur competere interdictum etiam si fuerit occupata. nam nomine naturalis peruenit, actio[a] datur. Sufficit. n. nõ in lucro uersari eum hæredem: non etiam damnũ subire. ¶ Hæc actio, quæ ad uersus hæredem, cæterosq; successores pertinet, perpetuò[b] competit: quia in ea rei ꝓsecutio continetur. ¶ Armis† de iectum quomodo accipimus? Arma sunt omnia tela, hoc est & fustes & lapides: non solum gladij, hastæ, & frameæ, id est rõpheæ[c]. Planè & si unus, uel alter fustem uel gladium tenuit[d] armis possessor deiectus uidetur. Plus dicitur, & si inermes uenerunt: si in ipsa concertatione[e] qui inermes uenerant, eò processerunt, ut fustes[f] aut lapides sumerent, uis erit armata. ¶ Qui armati uenerunt, & si non armis usi sunt ad deiiciendum, sed deiecerunt[g], armata uis facta esse uidetur. Sufficit enim terror armorum[h], ut uideantur armis deiecisse.

¶ *Fugienti & relinquenti possessionem fuam uano metu, non succurritur hoc interdicto. Bartolus.*

¶ Si quis autem uisis armatis qui aliò tendebant, metu hoc deterritus profugerit, non uidetur ui deiectus[i]: quia non hoc animo fuerunt qui armati erant, sed aliò tendebant. Proinde & si cùm armatos[k] audisset uenire, metu discesserit[l] de possessione, siue uerum, siue falsum audisset, dicendum est non armis eum esse deiectum[m], ni si possessio ab his fuerit occupata.

¶ Si autem cùm dominus ueniret in possessionem, armati eum prohibuerunt, qui inuaserant possessionem, uideri eum armis deiectum[n].

¶ *Vim ui repellere licet incontinenti, non autem ex interuallo. h. d. Bartolus.*

¶ Eum† igitur[o], qui cum armis uenit, possumus armis repellere: sed hoc confestim, non ex interuallo: dummodò sciamus non solùm resistere[p] permissum ne deiiciatur: sed & si deiectus quis fuerit, eundem deiicere, non ex interuallo, sed ex continenti[q] posse.

Imputatur domino si procurator deiecit aliquem, scilicet si dominus mandauit, uel ratum habuit quod procurator fecit. Idem dicendum est in familia domini. Bartolus.

non: quia erat uacans. nomine ciuilis non: q. a non alius, sed sua opi. & forte uana priuauit eum: ut arg. infra, de fur. l. si quis in seruitute. in fi. cui us uani timoris nulla est æstimatio: ut supra, de re iudi. lege: si quis ab alio in prin. Respond. non sola opinio, sed aduersarius, ꝓpter quẽ opinio ꝓcedit, eum priuauit: ut ar. C. de rap. uir. lege unica, & hic animus amittendi prẽuenit inuasionem. Econtra, si inuasio peruenerit animum: ut si absens non redij, credens me non admittendum, uel eiiciendum: tunc dicit ut not. ſ. eod. l. j. §. interdictum.

m ¶ Deiectum. ‡ contra. ſ. de usufc. l. non solum. §. si dominus. Sol. hic tantum audiuit eos uenire, & fugit. ibi uidit eos uenire, & fugit. quod non placet, sed solue ut modò no. hoc eodem respõ & facit ſ. si quis omiſ. cautela. l. si quis omiſ. & no. qđ fallit hęc regula. qui occasionem damni &c. ut ſ. ad legem Aquil. qui occidit. §. pen.

n ¶ Deiectum. ‡ facit j. ead. l. §. unde ui. & l. colonus. & ſ. eod. l. j. §. siue autẽ. & distinguue super præmissis: quia cùm æstimaui aliquos uenire & fugi: aut falsum erat, quod æstimaui: aut uerũ: & cum uerum: aut illo ueniebant aut alio tendebant, & cùm alio tendebãt: aut dum fugi, sunt ingressi, aut non, si falsum esset penitus quod æstimaui: & si possessionẽ amisi, quia fugi: ut d. §. si dominus. tamen nec edictũ quod me. cau. nec unde ui locũ habet: ut supra, quod me. cau. l. metũ. ij. respõſo. & ſ. §. proinde. si uerò ueniebant, sed aliò tendebant. nec sunt ingressi: tunc idem: ut ſ. proxi. §. si quis autem. Si uerò aliò tendebant, sed tamen dum fugi sunt ingressi: locũ habet unde ui, quasi ui deiectus, & quasi ex post facto ad id uenisse uideantur: ut ſ. §. armis deiectum. & §. proinde, ubi & de hoc not. si uerò ad hoc ueniebant: tunc etiam si non sunt ingressi, locũ habet interdictũ unde ui: ut supra, de usufc. nõ solùm. §. si dominus. & de usufc. l. sequitur. §. & si tu me. & innuit ſ. proxi. §. si quis autem. licet dominus Bul. in hoc casu proximo superiori dicebat quod non, sed ui deiectum uideri quo ad perdendã possessionem. unde intelligebat in d. §. si dominus. nisi sequeretur ingressus. & pro eo. ſ. eod. l. j. §. idẽ Labeo. & supra proxi. §. pinde. sed eas expone, ut in qualibet nota: si uero sunt ingressi possessione sine dubio secundum omnes unde ui interdictum locũ habet: ut supra. l. j. §. idem Labeo. & ſ. §. pinde in fi. Si uerò nõ fugi, sed alias me absente sunt ingressi, nec reuertentem admiserunt: unde ui locum habet: ut hic, & ſ. eod. l. j. §. interdictũ. & supra, de acquir. pos. l. clam. §. fi. Si uerò me reuertentem nõ fugauerint in prædicto proximo casu, sed edictum quod metus causa non unde ui locũ habet: ſ. quod me. cau. l. metũ. iij. respon. & §. sed & si per uim. secus si non redij, credens me nõ admittendum, uel deiiciendum, quia habeo interdictum. ut not. supra, eodem. l. j. §. interdictum.

o ¶ Eum igitur. ‡ quia is qui armis deiecit, iniustè facit, & ideò tenetur igitur &c. & no. arma armis repelli: ut & ſ. eo. l. j. §. uim ui. & fic cũ moderamine. quod no. C. eo. l. j.

† Iste text. est singularissimus ad hoc, ꝙ defensione rum & persõæ est ꝓmissa. cui concor. gl. in §. quod uerò. instit. de iure natu. gen. & ciuili. qđ dictum est adeò uerũ, ut qui põt se defendere, & non facit, non defendés peccat. c. nõ inferẽda. xxiij. q. iij. & c. fi. & c. quatæ. cũ glo. & doc. extrã de sen. excom. & iii. q. i. cap. nulli. & ſ. & si nõ põtest aliter, defendat se clamore: ut in il. §. hoc aũt. ad Syllã. & gl. in alleg. c. quanta. Bolog.

p ¶ Resistere. ‡ ut & ſ. eo. l. j. §. uim ui. & §. ui possidere. in fi.

q ¶ Continenti. ‡ id est antequã ad alia extranea diuertat negotia: ut ſ. de uer. obl. cõtinuus. j. rñ. & de duobus re l. duos. §. fi. & j. de adul. l. quod ait. §. qđ ait. & ſ. de testa. hæredes. §. fi. Sed quid si in uillis deiectus uenit ad ciuitatem ꝓ amicis, & in hoc biduo uel triduo laborat, an interim possideat? Quidam non, etiam ciuiliter, sed ueniens recuperat arg. j. eo. l. qui possessionem. Sed potest dici quòd possideat ciuiliter, & ipem habebit recuperãdi naturalem. Nec obst. l. illa, q. possessor. quia reuertitur in pristinam causam quo ad naturalem: uel quatenus de facto est extra ciuilis autem non admittitur: sed perseuerat eadem. Item nõ ob. quòd biduo uel plus ibi moratꝰ in talibus: quia sic est opus in talibus. nam & propter aduocatum datur dilatio 1. ut infra. ex quibus cau. ma. l. ait Prætor. §. fi. Itẽ testatori ad necessarias causas: ut C. de test. cùm antiquitas. & fideiussor accipit inter duos reos: ut dicta. l. de duo. re. l. duos. §. fin.

Venit

catus diu moraturus quia tunc non daretur dilatio imò quẽrat pars alium adiuocatum. ita not. Bar. in l. ait prætor. §. fin. pillum text. suprà, ex quib. caus. ma. & in l. fi. in fin. suprà, de uaca. mune. & melius in l. sed si uni[o]. §. qđ autẽ. de iniur. & Feli. capi. j. in prin. extrà ut lite non contest. de quo not. in apostil. ad Ia. Rebuf. in l. unica. nume. ij. in uersic. causam. C. de senten. ad uer. fiscum latis retractã. li. x. & in l. omnes iudices. in princ. ubi etiam notaui i apo. in uer. Andræas de Barulo. C. de dila. eo. titul. & in apostil. ad Lanfranc. in cap. quoniam contra falsam. §. dilationes. extrà de proba.

a ¶ Venit. ‡ supple & aliquem de possessione deiecit.

b ¶ Sine me. ‡ domino.

c ¶ Venit. ‡ supple & aliquem de possessione deiecit.

d ¶ Habui. ‡ facit ſ. eo. l. j. §. quoties. & §. deiecisse. & §. meritò. Acc.

e ¶ Dolo malo. ‡ puta suasisti familiæ meæ ut quem deiiciat quasi ille meam possessionem occupasset: argu. suprà, de dolo. l. cum quis. Accursius.

f ¶ Post annum. ‡ ut ſ. eod. l. j. in princip. & de interdi. l. ex quibus. & communi diuidendo. l. communi diuid. §. Iulianus. Acc.

g ¶ Interdictum necessarium. ‡ id est, utile: ut & alias suprà, de damno infect. l. damni. §. penul. uel dic hoc etiam directum dari: ut arg. ſ. eo. l. j. §. deiicitur. Accursius.

h ¶ Fructuario. ‡ & usuario: ut j. §. item si non. & de his tractat usque in finem l. Item & ei qui habitationem habet: ut ſ. de donat. l. Aquilius. Sed an ei qui de reali seruitute deiicitur competat? Respon. non: ut ſ. de usufca. l. sequitur. §. fi. uiam. sic & nouum opus permittitur nuntiare habenti seruitutem personalem, non realem: ut ſ. de noui ope. nunt. l. j. §. fin. & i. qui uiam. in illis ergo recurritur ad interdictum, directum & utile de itinere priuato: & de aqua: ut j. de itine. actuque priua. l. j. in principio. & de aqua cotidiana & æstiua. l. j. in prin.

i ¶ Non admisit. ‡ retinuit ergo in absentia possessionem suam, scilicet naturalem: ut hic, & ſ. de usufruct. l. arboribus. §. Iulia. & arg. ſ. ea. l. §. fin autem. sed an deiecto fructuario à naturali uideatur deiici proprietarius de ciui. uel contra? Respon. non: cùm non nisi per deiectionem, uel per hoc ꝙ non admittitur quis in possessione, perdat aliquis possessionem: ut supra. de acquirenda poss. si id quod. secus in re mobili, qua priuatur unus p hoc quod alteri eorum surripit: quia etiam ignorans perdit: ut supra, de acquirenda pos. l. rem quæ.

k ¶ Locum non haber. ‡ sed cùm fructuarius ueniens solo aspectu possessionem acquirat: ut ſ. de acqui. posse. l. j. §. fi iusserim. & l. qđ meo. §. fi uenditorem. uidetur si postea appropinquans prohibetur, q deiiciatur: & sic habet interdictum. sed resp. hic fuit prohibitus etiã antè quam posset locum uidere. Accursius.

l ¶ Vendicare. ‡ sed quomodo uendicat, si nunquam possedit? Respond. fuit relictus in ultima uoluntate: ut ſ. quemadmodum ser. amit. si partem. §. fi. uel etiam inter uiuos: sed cœpit aliquando possidere, & postea desit. si autem nõ fuisset inductus in possessionem, tunc agitur ex stipu. uel ex contractu ex quo constitutus est

m ¶ Ad res mobiles. ‡ ut tigna & similia quæ ibi habebat. Accur.

n ¶ Fuerint. ‡ scilicet in ædificio idemque si in domo essent: ut eo. l. j. §. fi fundus. Azo.

o ¶ Quacunque enim causa. ‡ testamento, uel inter uiuos.

p ¶ Qualitercunque. ‡ alias qualiter: alias qualitercunque.

q ¶ Minutus sit. ‡ maxima uel media capi. di. olim etiam minima: ut C. de usufru. l. corruptionẽ. & instit. de acqui. per arroga. Accursius.

¶ Cùm procurator armatus uenit[a], & ipse dominus armis deiecisse uidetur: siue mãdauit, siue (ut Iulianus ait) ratum habuit. Hoc & in familia dicẽdum est. Nam cùm familia sine me[b] armata uenit[c], ego nõ uideor uenisse, sed familia: nisi iussi, uel ratũ habui[d]. ¶ Hoc interdictum etiam aduersus eum ꝓponitur, qui dolo malo[e] fecit, quo q̃s armis deiiceretur. Et post annum[f] reddetur, in id, quod per uenit ad eum qui prohibuit.

¶ *Hic incipit exponere quando interdictum istud detur fructuario, suprà uerò dixit, quando pro rei proprietate.*

¶ Vnde ui interdictum[g] necessarium fuisse fructuario[h] apparet, si prohibeatur uti frui fructu fundi.

¶ *Hoc interdictũ cõperit contrà eum, qui prohibet frui fructuariũ, qui iã uti frui inceperat: non cõtra eum, qui ab initio prohibuit ne frueretur. Et primet hoc interdictũ ad res immobiles nõ ad res mobiles: & cõpetit etiã usuario, sicut usufructuario. hoc dicit, usque ibi, Qui usus fructus.*

¶ Vti frui aũt prohibuisse is uidetur, qui ui deiecit utentẽ & fruentem, aut non admisit[i] eum, cũ ex fundo exisset non ususfructus deserendi causa. Cæterùm, si quis ab initio uolentem incipere uti frui prohibuit, hoc interdictum locũ non habet[k]. Quid ergo est? Debet usufructuarius usumfructum uendicare[l]. ¶ Pertinet autem hoc interdictum ad eum, qui ædificiis uti frui prohibetur. Consequenter autem dicemus, ad res mobiles[m] hoc interdictũ non ptinere, si q̃s uti frui prohibitus est re mobili: nisi rei soli accedebãt res mobiles. Si igitur ibi fuerint[n], dicendũ est etiam ad eas res referri hoc interdictum debere. ¶ Itẽ si non usus fructus sed usus sit relictus, competit hoc interdictũ. Ex quacũq; enim causa[o] cõstitutus est usus fructus, uel usus, hoc interdictum locum habebit.

¶ *Capite minuto uel mortuo fructuario q prohibitus est uti frui, cõpetit hoc interdictũ hæredibus fructuarij, et cõtrà hæredes prohibẽtis actio in factũ ad damnũ prætiritũ resarciendũ, non ad cõstituẽdũ usumfructum: quia extinctus est morte uel capitis diminutione fructuarij. h. d. ll. seq. propter suam breuitatem non summantur.*

¶ Qui usus fructus nomine qualitercunque[p] fuerit quasi in possessione, utetur hoc interdicto. Sed si quis posteaquàm prohibitus est, capite minutus[q] sit, uel mortuus rectè dicitur, hæredib. & successoribus competere hoc interdictũ, non ut in futurum constituatur[r] usus fructus, sed ut præterita causa, & damnum præteritum[s] sarciatur. ¶ Hæres quoq; simili modo debebit in factum actionem suscipere in id, quod ad se pernenit[t].

¶ Idem lib. x. ad edictum. LEX IIII.

SI ui me deiecerit quis nomine municipum[u], in municipes mihi interdictum reddendum Põponius scribit, si quid ad eos peruenerit[x].

¶ Idem lib. xj. ad edictum. LEX V.

SI rerum[y] † tibi possessionem † tradidero, dicit Pomponius Vnde ui interdictum cessare, quoniam non est ui deiectus, qui compulsus est in possessionem inducere[z].

¶ Pau. lib. † lxvj. ad edictum. LEX VI.

IN interdicto Vnde ui tanti condemnatio facienda est, quanti interfit possidere. & hoc iure nos uti, Pomponius scribit: id est, tanti rem uideri[a], quãti actoris interfit possidere: qđ aliàs minus[b] est: aliàs plus. Nam sæpe actoris pluris interest hominem[c] retinere, quã

r ¶ Constituatur. ‡ quia extinctus est ca. di. uel morte. secus si non utendo propter ipsam deiectionem: ut j. eo. si plures. in prin. & l. si de fundo. & ſ. de usufru. l. cuiuscunque. Accursius.

s ¶ Præteritum. ‡ id est, fructus percepti & etiam percipiendi ueniant in diem finiti ususfr. non post: ut & ſ. de usufr. qui usumfru. §. fi. & l. quæsitum. & l. cuiuscunque. An autem ipsa quasi possessio restituatur? Respond. fortè sic: licet cito per dominum possit ei auferri. nam est momentanea: ut C. eod. l. momentaneæ. Accursius.

t ¶ Peruenit. ‡ sic supra eod. l. j. in fi. & l. iij. in principio.

SIui me. ‡ CASVS. Aliquis nomine municipij me deiecit de fundo. tenentur municipes hoc interdicto. Franc. Acc.

u ¶ Municipum. ‡ qui sint municipes, habes j. ad mu. l. j. & facit ſ. de dolo. sed si ex dolo. §. j. & quod metus causa. l. me. §. i. & ſ. de acqui. posſ. ii. Accur.

x ¶ Ad eos peruenerit. ‡ sed obiicitur, aut municipes habuerunt ratam illam deiectionem, & tunc tenentur insolidum: ut ſ. eo. l. j. §. quoties. aut non: & tunc non ideo tenentur interdicto: ut j. eo. l. cùm à te. sed dic utili, non directo: ut & alias ſ. eod. l. i. §. fi filius. & §. fi quis tamen. & argu. ſ. quod metus causſ. l. si cum ex. §. in hac. Vel subaudi hic maximè, & dic quòd mandauerunt, uel ratum habuerunt municipes, & facit C. unde ui. l. meminerint. † Aliàs, & iterum.

I rerum. ‡ CASVS. Metu coactus dedi tibi rẽ meã. non habet locum hoc interdictum, sed act. quod met. cauſ. Fran. † Aliàs ui.

y ¶ Si rerum. ‡ alias incipit, si metu. & aliàs si rerum tibi possessionem ui tradidero: & tunc dic ui, scilicet compulsiua. Acc. † Alias. 17.

z ¶ Inducere. ‡ non ergo pro ui compulsiua locum habet hoc interdictũ: sed act. quod met. cauſ. ut ſ. qđ met. cauſ. l. metum. §. sed & si per uim. & l. si mulier. §. qui possessionem.

I Nterdicto. ‡ CASVS. In interdicto unde ui fit condemnatio in interesse agentis: qđ est quãdo ultra rei æstima. qđ enim si deiecisti me de fundo, in quo erant serui mei: & eos seruos per hoc amisi, quos uolebam propter aliquam causam torqueri: uel erant hæredes instituti: & sic hæredi. amisi? certè hoc totum damnum æstimatur. Franc.

a ¶ Videri. ‡ id est, æstimari.

b ¶ Minus. ‡ non dicit minus rei uera æstimatione. hoc enim non est: ut ſ. de fur. l. si uendidero. §. cum autem. loquitur ergo sic, q̃ a ultra rei pretium extenditur interesse, quandoque in maiorem summam: quandoque in minorẽ, secundùm. Azo. & facit ſ. eo. l. j. §. qui autẽ. & quod ibi nota. Et hoc interesse probabitur iuramento in litem contra dolo fum, uel contumacem imaſorem nolentem restituere: ut & supra, de rei uendi. l. qui restituere. in fine. & infra, quod ui aut clam. l. semper. §. in hoc interdicto.

c ¶ Hominem. ‡ qui erat in possessione inuasa ascriptitius: uel seruus: uel colonus: ut ſ. eo. l. j. §. fi fundus. & §. rectiſsimè. Vel dic q̃ induxit simile in homine seruo: puta rapto, quia actione ui bonorum rapto rum repetitur: ut quasi idem sit & hic Accursius.

Quanti

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Quanti is est. ℨ id est uaㄩer homo.
b ¶ Habendæ. ℨ in seipso de aliquo facinore. & quod subiicit probandæ, scilicet in alium, ad quod est ℨ.ad exhiben.l.fi.
c ¶ Adeundæ. ℨ ad quod est infrà de fur. l. si quis uxori.§.penult. Accursius.

†Alias.24. † Vide in sententiã huius tex. Inno. in c.cũ ad fẽdẽ. de rest.spo. P. †Alias.54.

CVm à te. ℨ CASVS. Deiecisti me de fundo: & alius postea te deiecit, habeo hoc interdictũ cõtra te, & contra illum. Secũdò dicit: hoc interdictũ datur etiam non dño deiecto de fundo quẽ possidebat. & hoc dicit hæc l. & seq. Franciscus Accursius.
d ¶ Siquis ui. ℨ uel sine ui: non curo.
e ¶ Non possum. ℨ ad quod fa.ℨ.e. l. j. §. q. ui a me. & ℨ. de acquir. pos.l.fi.& ℨ.ti.j.l.j.§. fi. & ℨ. de ususfca. l. sequitur. §. si tu me. & ℨ. si seruũ. uen. loci corpus §. competit. nisi fortè cum fueras nõ soluẽdo ut in ar.contra.ℨ.de furtis.l. itaq;, circa princ. Item facit C. si certum peta. l. non unde. Acc.
f ¶ Vlcinius. ℨ Vel ℨ.p &: uel ℨ.p falsẽ.
g ¶ Possideret. ℨ large accipe, id est detineret: ut & ℨ. eo. l. j.§. quod autem ait. & fa. ℨ. de ususfca. sequitur. §. si tu me. Accur.

†alias.65. † Intellectũ huius legis uid. p Alc. in l. 4. §. caro, nu. 92. de uerbor. obl. & ibidem per Crottũ. nu. 48. in 1. lectu. & nu. 24. in 2. & per Maria. Soc. nume. 120. & Butigel. num. 89. & Galliau. nume. 40. & Bologni. nu. 95. & seq.

SI plures. ℨ CASVS. Deiecisti me de fundo meo: & cœpisti possidere. decedis postea relictis pluribus hæredibus q libet hæredũ tuorũ in solidum pro parte sua quãti is est, ueluti cùm quæstionis habendæ, aut rei probandæ, aut hæreditatis adeundæ gratia interfit eius eum possidere.

†alias reꝯ perat. ¶ Idem li.xxvij. †ad edi. LEX VII.
CVm à te ui deiectus sim, si quis ui eandem possessionem possidere cœperit, non possum cum alio quàm tecum interdicto experiri.

¶ Idem li. †iiij. ad edict. LEX VIII.
FVlcinius, dicebat ui possideri quoties uel non dominus (cùm tamen possideret ℨ) ui deiectus est.

¶ *Secundum commoda quæ quisque sentit: ita onus subire tenetur.*

†alias. 65. ¶ Idem li. lxvj. †ad edict. LEX IX.
SI plures hæredes sunt, unusquisque nõ in amplius, quàm ad eũ peruenerit, tenetur. qua de causa interdum insolidum tenebitur is, ad quem totum peruenerit, quãuis ex parte hæres sit. ¶ De iectũ ab usufructu, in eandem causam prætor restituere debet: id est in qua futurus esset, si deiectus non esset. Itaq; si tempore usus fructus finitus fuerit, postquã deiectus est à domino, nihilominus cogendus erit restituere, id est, usumfructum interdum constituere.

¶ *Si post deiectionem facta sit consolidatio ususfructus & proprietatis, non tenetur proprietarius iterum usumfructũ constituere: aget tamen usufructuarius cõtra eum, per quem perdidit usumfructum. hoc dicit. l. seques exponit quid sit uim facere.*

¶ Caius li.ij. ad edictum. † LEX X.
SI de fundo proprietarium & fructuarium prædo expulerit, atq; ob id fructuarius constituto tempore non usus, pdiderit ius suũ, nemo dubitat, quin tũc dominus (siue experiatur cũ fructuario aduersus pdonẽ, siue non experiatur) retinere debeat reuersum ad se usumfructũ: & quod fructuarius perdidit, id ad damnũ eius pertineat, cuius facto periit.

¶ Pomponius li.vij. epistolarũ. L. XI.
VIm facit, qui non sinit possidẽtem eo, quod possideat, uti arbitrio suo, siue in serendo, siue fodiendo, siue arando, siue ædificãdo, siue quid omnino faciẽdo, per quod liberam possessionem aduersarij non relinquit.

¶ *Colonus non admittens emptorem fundi, habet interdictum contra deiicientem, si deiectus sit: & dominus habet interdictum contra colonum non admittentem emptorem. Bartolus.*

¶ Marcellus li.xix. digest. LEX XII.
COlonus eum, cui locator fundũ uendiderit, cùm is in possessionem † ire iussus esset, non admisit: deinde colonus ui ab alio

† Prætorio urb. de lib. caus.

† Alias mittere iussus esset.

r ¶ Proprietarium. ℨ nec nõ fructuariũ. nam si solus proprietarius esset expulsus, & non fructuarius: non dabitur interdictum proprietario quasi per fructuariũ retinuerit possessionẽ: ut ℨ.eo.l.j.§. si qs ui me. secundũ quosdam. uel ibi in eis dicit, qui pro me possidebat: fructuarius autem non pro domino, sed pro se: id est, suo iure possidet. Accursius.
s ¶ Constituto tẽpore. ℨ ſ. x. uel xx. annis: ut C. de usufr. l. corruptionem. & de seruit. & aqua. l. sicut. Sed quomodo postea poterit agere fructuarius interdicto, cùm deiiciens non teneatur post annũ, nisi de eo, quod ad eum peruenit: & usufru. reuersus est ad proprietatem, ut hic, & dixi ℨ. l. proxi? Rñd. ponendum fuisse litẽ contestatum intra annum. Vel dic, quod loquitur hic secundum iura uetera quando peribat ususfructus anno uel biennio: ut d. l. corruptionem. in prin. & annus huius interdicti potest extendi longè ultra, cũ sit utilis: ut ℨ. eo. l. j. §. annus. Vel melius cum possit extendi hic annus ualde ultra decem uel uiginti annos: non exigo quod hic loquatur secundum uetera iura: uel quod fuerit lis cõtesta. tẽcundũ Hꝛ quod ultra possit extendi: patet ℨ. de diuer. præscrip. l. j. Accur.
t ¶ Non experiatur. ℨ ſ. cum fructuario: sed ipse solus. Ac.
v ¶ Retinere. ℨ id est non cogẽdus est de nouo concedere. & hoc cũ extraneus inuasit. secus si dominus: ut ℨ. l. proxi. in fi. Accur.
x ¶ Ad damnum. ℨ Sed quid si prædo non est soluendo? Respõ. agitur cõtra proprietariũ ut cõstituatur de nouo: ar. ℨ. de eo p quem fa. erit. l. fi. & ℨ. l. proxi. in fin. & ℨ. de fun. do. l. fi mari tus. secundum quosdam. Sed B. & H. contra. Sed eius oppo. amissum p flumen restituitur: ut ℨ. quibus mo. ususfr. amit. l. fi ager. sed respon. hic fuit utile: ibi non. Item hic agere potuit: ibi non a flumine recuperare: nisi eo recedente. & facit ℨ. si certum peta. l. periculum. Accursius.

VIm facit. ℨ CASVS. Loquitur hæc. l. de ui inquietatiua, & sic parũ facit ad titulũ, & casum sic pono. Frãci. q nõ finit possidentem uti & frui suo arbitrio: dicitur uim facere siue aret in fundo, siue ædificet in fundo: siue quid aliud faciat per quod non dimittat quietè possessoré possidere. Vel aliter pone casum ut i gl. domini mei F. Acc.
y ¶ Vim facit. ℨ extra materiã est hæc lex: & nihil faciẽs ad titulum. nõ enim pro hac uiolẽtia, cùm sit inquietatiua, & nõ expulsiua, potest dari hoc interdictum, sed illud: uti possidetis: ut ℨ. uti pos. fi duo. §. hoc interdictũ sufficit. & ℨ. si ser. uen. fecuti. §. Aristo. in fin. §. fic & alias est lex extra materiam, quam habes ℨ. qui. ex cau. in pos. ea. l. hoc autem, in fin. l. Vel aliter loquitur hæc lex in naturali possessione tantum, cùm aliquis, scilicet prohiberet usufructuariũ arare &c. uolens eũ priuare & deiicere de naturali possessione ususfructus, nõ uolens domino auferre ciuilem: & sic pro naturali, dabitur fructuario unde ui: p ciuili, dabitur domino, uti pos. & facit ℨ. de acquir. pos. l. pe. §. j. & ℨ. de iniur. l. iniuriarum. §. fi quis me prohibeat. & ℨ. de ope. no. nuntia. l. q a in re. §. fi. & de procu. l. non cogendum. §. fin.

COlonus. ℨ CASVS. Locaui fundum cuidam rustico: puta gallengo uituperabili colono nostro. postea istũ fundum uendidi. Tertiò, & ei permisi ut intraret possessio. fundi quando uellet. & cùm intrare uellet emptor, rusticus siue colonus, quod idem est, nõ dimisit eum intrare: postea colonus deiectus est de possess. fundi a quodam extraneo. dicitur quod habeo interdictum unde ui contra colonum, ob hoc, quod non admisit emptorem, quasi p hoc me deiecisse uideatur, nisi iustam causam retinendi habeat: puta impensarum. Item ipse colonus habet interdictum unde ui contra deiicientem. Franciscus Accursius.
z ¶ Non admisit. ℨ emptorem, uel etiam alium nomine domini eundem: ut & ℨ. eo. l. cùm fundum. & ℨ. de relig. ossa. §. fina.

Competit

a ¶ Competiturum. ℨ contra eum qui ui deiecit colonum. Accur.
b ¶ Ipsumque. ℨ colonum.
c ¶ Simili. ℨ alias simili. & alias similiter. quòd facit suprà loca. si merces. §. qui fundũ. & ℨ. ne uis fiat ei. l. j. §. hæc actio. & ℨ. ti. j. l. fi duo. §. cùm inquilinus. Accursius.
d ¶ Propter iustam. ℨ expensarum fortè: ut ℨ. de acq. pos. l. si quis rem. & C. eo. l. si arbiter. & ℨ. loca. si colonus. & argum. ℨ. de fur. l. qui iniur. §. fin. & ℨ. de pig. act. l. si necessarias. in prin. uel ignorantiæ quia ignorabat dominũ hoc uelle, uel illi uendidisse. Idem dicunt quidam, si propter iniuriam id faciat animo interuertendi: quod non placet: quia iam sic non haberet locum hæc lex, cùm semper faciat prauo animo, cùm nõ reddat ei, à quo habet: ut C. eod. nob ar. re. & C. loca. l. si quis conductionis. licet ergo malè faciat quia non reddit: & sic puniatur: tamen priuatur dominus bono uel malo animo faciat. Accursius.

†alias li. 8. Interdicta quædam de facto infamant.

† Ad Sab. † Concor. glo. in c. significaue- runt, & ibi no. Panor. extrà de testa. & in c. quia. de iudi. fa. capi. querelam. de elect. in anti.

†alias reci pis. † Omnimodo. †Alias lib. 13. †alias præsit. † Omnimodo. †alias. 29. †In P. F. aliter nem pe dicendũ est ut eius causa quod ad patrẽ &c.

NEque Vnde ui, Famosum. ℨ id est, non efficitur infamis infamia iuris damnatus aliquo interdicto: de facto tamen infamant quædam: ut Vnde ui, & quod ui aut clàm. & ideo in parentem uel patronum non dãtur: ut ℨ. eo. l. j. §. hoc interdictum. & suprà, de obsequiis. l. licet. & facit infra, de actio. & oblig. l. cessat.

SEd si ui. ℨ CASVS. Ego ui armata deiectus sum. de fundo, quem possidebam uitiosè: puta ui uel clàm, uel precario, recuperabo ipsam possessionẽ, & res mobiles, si quas amisi ex hac deiectione. Franciscus.
f ¶ Deiectus es. ℨ forte etiam ab eo, à quo uitiosè possidebas. Azo. & instit. de interdi. §. recuperandæ. Accursius.
g ¶ Possideres. ℨ & aliquis te deiecisset: ut & suprà eodem. l. j. §. qui ui à me. & l. cùm à te. Accursius.
h ¶ Quoque. ℨ ut & ℨ. eo. l. j. §. si fundus à quo. sed contra. huic l. ℨ. cõmuni diuidundo. l. communi diuidundo. §. iiij. ubi dicit precariam possessionem non pergere ad uigorem iudicij. Sol. ibi non parit iudicium communi diui. sed interdictum unde ui parit: ut hic.

SIui. ℨ CASVS. Tu me deiecisti de fundo quem possidebam: uel ui aut clam feceris, & eum fundũ desisti possidere: licet sine dolo & culpa: tamen teneris quanti mea interest. Franciscus Accursius.
i ¶ Fecisti. ℨ facit ℨ. eo. l. j. §. rectissimè. & §. quia interdictum. & ℨ. e. l. pe. & ℨ. quod ui aut clàm, competit. §. in summa. Item facit ℨ. de mi no. l. j. ex causa. §. si mulier. Accursius.

INterdicto. ℨ CASVS. A filiofamilias tuo deiectus sum ui. ad id quod ad te ex hoc pervenit, teneberis. Franciscus.
k ¶ Ipse teneatur. ℨ scilicet filius. ad quod est suprà l. proxi. uel ipse scilicet pater ad quod est. ℨ. de pecu. l. licet. §. ex causa. & ad utranque facit ℨ. l. j. §. fi filius familias. Accursius.

QVi possessionem. ℨ CASVS. Tu deiecisti me per uim de fundo ego incontinẽti eum per uim recuperani. nõ punior. Secũdo dicit. ui te deiecistu illicò me, & ego te. bñ teneor hoc interdicto. Frã.
l ¶ Congressu. ℨ id est, in ipso conflictu.
m ¶ Causam. ℨ id est, in pristinam detentionem. sic ergo qui possessionem incontinenti recuperat, fingitur non amisisse, secundum Azo.
n ¶ Quam ui possidere. ℨ id est, quam possessionem ui adeptus sit. & sic uidetur quòd ususca. non interrumpitur per talia. Sed argum. contra. ℨ. de usuca. l. naturaliter. item facit suprà, de libe. & postu. l. filio quem. ibi indelicet, q non translatus, & c. ut institut. quibus modis ius pa. por. fol. §. si ab hostibus. Accursius.
o ¶ Vtile erit. ℨ id est, efficax. sed pone q te ui deiecisti: tu incontinenti recuperasti, an perdo ius meum? hæc lex innuit quòd non. nam iniuria effectum non habuit: ut suprà, quod quisque iur. l. j. in fin. Item si ex interuallo recupero: an perdo cõdit. ex l. fi quis in tantam, quam habebam saltem ad pœnam: & potes addere quod no. suprà eod. l. iij. §. cùm igitur. Accursius.

CVm fundum. ℨ CASVS. Locani tibi fundum: & eum postea Titio uendidi: & concessi eum intrare in possess. fundi cum Titius uellet intrare, tu eum prohibuisti. agam contra te interdicto unde ui: quia per hoc uideor prohibitus. & si emptor expellat colonum de fundo: tenebitur emptor etiam si expulit colonum de uoluntate siue mandato uenditoris. Vltimò dicit. expulisti me de fundo. habeo interdictum hoc contra te. egi rei uendica. hoc interdicto omisso. ea pendente possum hoc interdictum intentare. Fran. Accursius.
p ¶ Iussit. ℨ locator, idemque uenditor.
q ¶ Quem. ℨ emptorem.
r ¶ Colonus. ℨ prius etiam malè cogitans, ut ℨ. patebit. Accur.
s ¶ Interesset. ℨ ut & ℨ. l. colonus.
t ¶ Ipsum. ℨ scilicet uenditorem.
u ¶ An alium. ℨ emptorem.
x ¶ Missum. ℨ id est: mitti iussum uel mittendum.
y ¶ Neque enim. ℨ uerè enim uenditori competit interdictum quia adhuc possidebat tempore quo colonus non admisit emptorẽ: licet colonus prius cogitasset sibi possidere: ut & C. de acq. pos. cũ nemo. Item patet per hoc quòd domino datur interdictum: quod ei non daretur nisi tempore quo emptor non admittitur possideret: ut & ℨ. e. l. j. §. interdictum autẽ hoc. Nõ ergo solus colon. animus dominum primat: ut dictum est & hoc patet. sed si colonus deserat eo animo, ut dominus pdat bñ pdit dominus naturalẽ: ut ℨ. de acq. pos. l. si colonus. & diximus C. communia de ususca. l. j.
z ¶ Videri. ℨ dominum.
a ¶ Tradita. ℨ a domino uel a colono.
b ¶ Quia. ℨ & quasi non uideatur amissa, quia nemo, &c.
c ¶ Nemo. ℨ dominus.
d ¶ Quam. ℨ possessionem.
e ¶ Non fuisset. ℨ cùm ergo uenditor possessionem non amiserit: is a colono uidetur deiectus. & facit ℨ. de acqu. pos. fi me ui. sed contra in eodem ti. quod meo. §. si a furioso. Accursius.
f ¶ Postea. ℨ ex interuallo. secus si incontinenti: quia sicut domino licet p se incontinenti recuperare possessionem: ut suprà eod. l. iij. §. eum igit. & l. qui possessionem. fic & per alium. uel secundum Ioan. non licet ei p aliũ hoc facere. sic ℨ. de sol. fugitiuus. & C. de thesau. l. j. & facit ℨ. eo. l. j. §. qui ui a me.
g ¶ Non enim. ℨ ideo dico uenditori cõtra colonum competere interdictum: quia non ab ipso, scilicet emprore, sed, &c. Accursius.
h ¶ Possessum. ℨ a colono.
i ¶ Debeat. ℨ ut non teneatur interdicto.
k ¶ Voluntate. ℨ scilicet etiam expressa. Accursius.
l ¶ Illicitum. ℨ ut & instit. manda. §. illud. Azo.

Vendic.

†alias reꝯ perat.

† Omissam.

† Omitteret.

† Ad intelligentiã huius. §. uide. Fab. acorõb. in l. naturaliter. §. nihil cõmune. nu. 101. 116. 118. de acquir. poss. & Purpuratũ. in l. edita. nu. 119. C. de eden.

† Ista glos. est sing. ad hoc, quòd facultas capiendi uel faciẽdi uim detur ꝑ otestexercere si per aliũ quod intelligie in concessione legali. secus in permissa à statuto: Bolog.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Vendicauit.ʒ rei uen. proposita.
b ¶ Iudicio.ʒ rei uen dica.
c ¶ Interdicto.ʒ unde ui. & sic no. hic quod petitorij & possessorij recuperãdæ pos.simul possunt intẽtari:quod iure canonũ planũ est:ut extra de causa pos. & propriè.c.pastoralis 1. Ité ꝓ hoc q̃a ad diuersa competunt: ut ff.de ac- qui. pos. naturaliter. allegat. de ff. j. Item nõ aduersant sibi istę petitiones : sed sibi cõpatiuntur : item quia non debet diuidi continẽtia causæ: ut C. de iudi. l.nulli. sed Ioã. & Azo contra. ſ. ꝙ etiã interdictum recuperan dę possessionis uel adi piscendæ non possit si- mul.ſ. cum petitorio in tentari: & pro eis C.de interdictis. l. incerti. & de rei uen. l. ordinarij.& de iudi.l. nulli. & de leg. ij. cùm filius. §. uariis. Sed quomodo huic respondetur quę dicit, pendente iudicio &c. Sed dicũt ꝙ hic re- nuntiauit petitorio,sed qualiter? imò est cau- sa finita omnino re- nuntiatione : ut C. de pac. l. postquã. Sed di- cunt, imò nec sic est fi- nita. ſ. si reus uult dari sententiam:ut in aut.de liti.§.omnem. Alij tenẽ tes eandẽ opinionẽ,rñ. huic l. q̃a differt agere petitorio, & prosequitur tãtum possessorij quod de nouo proponit: & sic non simul agit utraq; uia.& fa.ʃ.de exce.rei iudi.l.& an eandem ff.§.fi.& ff.de rei uen.is qui.& quod no.ff.de iud.l.fi de ui. Accursius.

1 Concor. text. in c.j. & ij. pręc. qui pos. naturaliter. allegat. de ff. j. Item nõ aduersant causa pos. & proprie. & in c.j. e. tit.li.vj.gl. in cap.epi- scopi.de re bus ec. nõ alien. & in cap.si quis- quã. xiiij. di. aduerte tamen ꝙ si simul intẽtentur,po- test iudex iuuare li bellum: & de utroq; pronuntia re si sibi constiterit. ut per Ino.i c.fub- orta.in gl. fiua.in uerſ. decerni-- mus de re. iudi. & in c. cum dile ctus. extra de causa pos. & pro prie. & gl. in l. natura liter. §. ni- hil commu ne. de acq. pos.

† Alias,La beo.libr.3. Pithanõ à Paulo.

Erito.ʒ CASVS. Deiecisti me de fundo,in quo erant pecora & seruiebat:licet tardaui agere, & mortua sunt interim pecora, & mancipia:tamen teneris ad æstima. omnium rerum, cùm tu semper à tẽpore deiectionis fueris in mora. Secundò dixit,si colonus meus uel inquilinus deiiciatur:ego uideor deiectus,& habeo hoc interdictum.& hoc dicit hæc l.& seq. Franciscus.Accursius.

d ¶ Moram fecero.ʒ quæ mihi non nocet:ut hic, & ff. de usuris, uideamus generaliter.§.item si tu. Sed arg.contra.ff.de aqua plu.arcen. l.emptor.sed in alio casu loquitur.Accursius.

e ¶ Onus.ʒ ut & ff.eo.l.j.§.rectissimè.& C. de fur.l. subtracto.& C. quod me.cau.l.j. & ar.C.de cond.fur.l. antepe. nec distinguitur erant periturę apud deiectum, uel non: ut hic & præmissis legibus patet.

f ¶ Fruſtrator.ʒ a plus est q̃ inuadit, quã sit ille, q̃ est fruſtrator. & est fruſtrator ille,qui est in mora ex interpellatione.ff.de usur.l.iij.§.fi. non ex delicto.ut erat hic. In quo ergo est in plus debitor? Resp. quia sine illa interpellatione tenetur de interitu : sed alius licet differat & fruſtretur solutionẽ, nõ tenetur de interitu: nisi post interpellationẽ: ut ff.de uerbo.obli.si ex legati. Item in alio:quia ille tenetur de interi- tu:siue erat interitura penes actorem,siue non:sed alter nõ etiam post moram si erat interitura penes actorem secundum quosdam:pro qui- bus est ff.quod metus cau.l.fi cum ex.§. quid si homo. & de rei uendi. item si uerberatũ.§.fin.sed dic tu in hoc contra per l.ff.de leg.j.cũ res. §.fi.& l. apud Iulianum.§.hi.& ad illas respond. ut in qualibet earum not. Item fa.ff.de noxa.quoties.§.emptor.& C.de fi.instru. l.fi.

g Si colonus.Colono ʒ nã rem sibi locatam &c. ut ff. loca. l.nemo. & per eos primus locator possidet:ut ff. de acqui. pos.l.qui uni- uersas.§.fin.& his deiectis primus locator deiicitur:ut hic, & facit ff. de religio.ossa.§.fi.& C.de acqui.pos.l.fi.

¶ VTI POSSIDETIS.

¶ *Post interdictum unde ui, quod pos. restituit, sequitur hoc quod defendit:ut infrà eo.§. & consequenter.*

Ait prætor.ʒ CASVS. Pone casum in hoc prin.ut in gl. domini mei Accur.quæ incipit,pone casum &c. Secun dò dicit hoc interdictũ nõ habere locũ in cloacis:cũ in- ter aliquos sit quæstio q̃s possidet cloacã, contẽdes qui libet se possidere ſsolidũ, & nõ aliũ. & quare nõ habeat locũ.dic ut in gl. magistra domini mei Accur. hic posita quæ incipit, fortè. Tertiò in uersiculo.neque pluris &c. dic casum ut in gl. domini mei Accur.q̃ incipit.si a me possides &c.Quartò dicit,hoc interdictũ de soli possessore locum habet : & in eo obtinebit, qui potior erit in possessione:& est prohibitorium circa retinẽdã pos. id est,ne uis fiat ei, qui inuenitur potior in possessione. Quintò dicit causam, quare hoc interdictum positum est. nam cum in rei uend.alius debeat esse possessor, alius actor:& quandoque possessor non est dominus, quãdoq; fit occurrit pluries quod quilibet contendit se possidere.unde aut ſpote dum uendicauit a ab eo, cum quo interdicto Vnde ui potuit experiri,pẽdente iudicio b,nihilominus interdicto c rectè agere placuit.

¶ *Ad uiolentum expulsorem pertinet periculum interitus indistinctè. Bartolus.*

¶ Triphonius lib. xv. dis. LEX XIX.

Meritò Iulianus respondit,si me de fundo ui deieceris, in quo res mouentes fuerunt, cùm mihi interdicto Vnde ui re- stituere debeas, non solum possessionem soli, sed ea etiam quæ ibi fuerunt:quanquam ego moram fe cero d, quò minus interdicto te conuenirem, subtractis tamen mortalitate seruis, aut pecoribus, aliisve rebus casu intercidenti- bus,tuum onus e in eis nihilominus restituendis esse : quia ex ipso tempore delicti plus quàm fru- strator f debitor constitutus es.

¶ Iabolenus †. LEX XX.

Si colonus tuus ui deiectus est, ages Vnde ui interdicto.Idem est, si inquilinus tuus ui deiectus fuerit.Paulus. Idem dici potest de coloni colono g, item inquilini inquilino.

Vti possidetis.

TITVLVS. XVI.

¶ Vlpianus li.lxix. ad edict. LEX I.

Ait prætor h, Vti i eas ædes, de quibus agi tur, nec ui, nec clã, nec precariò alter ab altero possidetis:quominus ita possideatis, uim fieri ueto. De cloacis hoc interdi- ctũ nõ dabo k,neq; pluris l,quam quanti ea res erit, intra annum, quo primũ experiundi m potestas fuerit, agere permittam. ¶ Hoc interdictum de soli n possessore concordant quis sit possessor, & q̃s agat rei uẽdi. & tunc planũ est: & seruabitur cõuentio,aut nõ concordant:sed quilibet contendit se pos sidere, & sic res soli:tunc hoc interdictum intentat inter eos, & appel latur uti possidetis. & est inductum causa retinendæ possessionis, ut ne uis fiat ei, qui inuenitur potior in pos. & merito hoc interdictũ est positum iuxta superius unde ui : cùm per illud restituatur possessio, per hoc tueatur pos- sessor. Item hoc defen- dit possessorem, illud oppugnat possessorem uiolentũ, & cogit eum restituere pos. quam per uim occupauerat. Postea dicit, omnis quæstio de pos. aut est, ut nobis restituatur pos. quã non habemus: aut ut nobis retinere liceat, quod possidemus. restituitur autem possessio, & per interdicta, ut per unde ui, & per quorum bonorũ. Item per act. ut per tri ticariam : ut habes de hoc exemplũ. ff. de trítica. l. j. in fin. & l. seq. & per condi.indebi.dic ut in glos. Retinetur autem possessio quãdo quæ ope excep. ut pacti, ut iurisiurandi, & similibus modis : ut si fecisti mihi pactum ꝙ pos. talis fundi a me non petes. & sic in simi libus.quãdoque opè interdicti uti possidetis:ut in hoc titulo sunt exẽ pla. Et ille demum possessor per hoc interdictum defenditur,qui pos- sidet non ui,non clã,non precariò ab aduersario sic ergo hoc interdi ctũ datur possessori, actio aũt, id est rei uẽdicatio nõ datur possessori. Et habet locũ hoc interdictum siue cõtendatur de possessione totius fundi,siue partis certæ fundi:siue pro indiuiso contendat quis se pos- sidere,ut dimidiã fundi pro indiuiso, & hẽt locũ circa poss. soli, & sic rei immobilis. Vltimò dicit bene dictum est in edicto,quod ille defen ditur per hoc interdictũ qui possidet nec ui,nec clã,nec precariò nã si ui possideret,aut clã,aut precario ab aduersario, succũberet in hoc interdicto.si autem possideret ui, uel clam, uel precariò quo ad extra neum, non quo ad aduersarium bona obtineret in hoc interdicto. & hoc dicit hæc l.& seq. Franciscus.

a Scriptum est. ʒ ifto scilicet possessore quem, &c.
b ¶ A proprietate. ʒ in iudicio rei uendi. causa cuius hoc proponi- tur interdictũ:ut institu.de inter.§. retinendæ. & facit ff. de iudic.inter litigantes. Alij exponunt, quia non debet de pos.& proprietate simul agi. de quo dixi ff. tit. j. l. antepe.§. finali.
c ¶ Fungetur.ʒ repete, quem conuenit. Accursius.
d ¶ Affirmat. ʒ ex hoc fumunt quidam argumen. quòd si quis se possidere non affir- mat, possessionem tamen alterius inquie- tat : ut hoc interdicto conueniri non possit : & pro eis est infra eo- dem, l. j. §. retinendæ. sed argumen. contra. infrà eodem, l. si duo. §. si uicinus.
e ¶ Et consequen- ter proponitur. ʒ scili- cet uti possid. in- terdictum : quia quæ causa unius est & al- terius, scilicet ut quis possideat, & alius sit possessor licet diuerso modo : ut hic dicit.
f ¶ Quidem.ʒ alias quoque.
g ¶ Possessorem. ʒ scilicet uiolentum.
h ¶ Nobis resti- tuatur. ʒ largè acci- pe, scilicet siue resti- tuatur amissa : siue nondum quæsita. Ac- cursius.
i ¶ Restituendæ. ʒ largè:ut ff. proxi.
k ¶ Interdicto. ʒ recuperandæ uel adi- piscendæ possess. Ac- cursius.
l ¶ Per actionem. ʒ scilicet in factum red- ditam loco interdicto- rum : ut institu. eod. §. fina. uel dic etiam ci- uilem : ut condi. inde. ut supra, de condi. in- deb. l. indebiti. §. sed & si nummi. & per tritica. ut supra, de triti. l. j. in fine. & l. ij. & sine causa : ut supra. si cer- tum petat. si quis nec. §. res pignori. Sed op- po. ꝙ hodie interdicta non habeant locum : ut C. de interdict. l. in- certi in fine:Respon.uerum est, cum ea solennitate qua olim: sed non solenniter & hodie possunt proponi. Accursius.
m ¶ Exceptio. ʒ de hoc statim infra ponit.
n ¶ Interdictum. ʒ uti possi. & sic nota, quòd hoc interdictum hab- bet instar exceptionis.
o ¶ Multis caussis. ʒ ut pacti : rei iudicatæ : & iurisiurandi, & aliis similibus.si ergo contra me agis, ut meam naturalem tibi libere dimit tam, rectè has exceptiones obiiciam. si autẽ nõ ut tibi dimittam agis: sed me tantũ turbes:hic non excipio,cùm non agas:sed uti possidetis ago:licet quidam contra:ut no. ff.ea.l.§. huius autem. Accursius.
p ¶ Perpetuò.ʒ id est,generaliter.sic instit.de satisda.tut.§.j. si enim aliquo de his modis a me possideas: succumbis i hoc interdicto. alias obtines:ut ff.§.fi. & expone hæc uerba ut ff. eo.l.j. in prin. Accursius.
q ¶ Prædij.ʒ ex mente: licet uerba de ædibus tantum dicant: ut ff. j. respon. Accursius.
r ¶ Vltro.ʒ id est, quo ultronea uoluntate intendat possessor rei uen. Sed op.de cõmodante,& similibus:ut supra,de rei uendi.l.officium.& de prin.cred.si uentri.§.in bonis.& supra,usufru. quemadmodum ca- ueat,si usufru. Respon. ei non datur actio per quã neget rem actoris, sed rei,ut dixi instit.de act.§.contra quoque. Ité oppo. de actione iniu riarum, quæ possidenti datur:sed hic rei uendica.denegat,nõ iniuria- rum:ut no.supra,de actio.emp.l.qui pendentem.& infra,de iniur.l.in- furiarum.§.si quis me. Item oppo. de actione in factum,quæ dat loco interdicti huius:ut institu.eo.§.fin.Sed respon.illam non excludit hic: sed rei uendi.& triticariam,& indebiti,& similes.& fa.C.de actio.iudi. mutan.causa fac.l.j. Sed quid dicemus hoc casu:ecce dum ego essem absens,& animo retinerem possessionem: alius intrauit ut possideret clam, non a me, sed ab alio. rediens ego non suspicor me posse ex- pelli : nec tamen uolo uiolenter enim expel- lere, eo quòd auctor nolo esse alicuius ma- li, quod inde euenire posset. quomodo con- suletur mihi? rei uen- dic. intentare non pos- sum, cum ciuiliter pos- sideamus. Interdictum istud intentare non ex- pedit : cum possessor non possidet a me ui, & clam, uel precario. Respondent quidam, quòd ex quo nolo eum expellere uiolenter, uideor desinere ani- mo possidere : & sic a- mitto ciuilem : ut su- pra, de acquiren. pos. ff. l. iij. §. in amitten- da. & sic intentabo rei uend. secundum quos- dam.uel dic, quòd eam intentem contra natu- raliter possidentem, licet ciuiliter possi- deam: cùm etiam si na- turaliter & ciuiliter possideã, intento eam contra detentatorẽ : ut modò dixi per legem de rei uendica. l. offi- ciũm. & alias. Accur- sius.
s ¶ Pro certa. ʒ nam incerta pars pos- sideri non potest : ut supra, de acquirenda poss. l. possideri. §. incertam. & l. locus. Azo.
t ¶ Sine dubio. ʒ locum habebit ex in- terpretatione : licet uerba in ædibus tan- tum dicant : ut supra in princi. huius legis : & facit infra, ut obi. l.j.& C. eod.l.j. & ff. de precario. l. qui precariò. & instit. de interdict. §. sed interdicto, & supra eadem l. §. hoc interdictum. Ac- cursius.
u ¶ Possint. ʒ non aliter: ut pro ecclesia, foro, basilica, theatro. re sacra uel religiosa. nam hæc non possidentur : ut supra, de acquirenda poss. l. j. §. fi. & l. q. uniuersas. §. j. nisi uelis dicere, ut his possit dari,a quibus dicimus posse uendicari:ut C. de sacrosan. eccle. l. sancimus. de ferui. autem cloacæ dixi supra eo. in prin.
x ¶ Quod ait prætor. ʒ in prin. huius legis.
y ¶ Possideat ui. ʒ nõ ꝙ me deiecerit omnino, sed me turbat. cùm & interdictum tueatur possessorem: ut ff. §. & consequenter. & eodẽ mo- do de clam dicas, ꝙ me absente clam intrathi. unde ciuilem retineo, & idem in precario. alias si utranque uel saltem ciuilẽ, quando concessi precario uel si utranque concessi, cum non possideam, nõ habeo hoc interdictũ: ut & ff. de precario. l. q precariò. cætera supple circa hæc tria uerba: ut no. super eisdem uerbis. C. eo. l. j. Item quid, si te deie- ci, tu me inquietas: an succũbes? Videtur ꝙ nõ: quia a te ego possideo ui expulsiua, & ut a me inquietatiua secundum Azo.
z ¶ Non debere proficere. ʒ possessori contra aduersarium.
a ¶ Vsta. ʒ bene dixi, si ab alio possidet ui, uel clam, uel precario: & non a me, quia illa possessio prodest ei cõtra me. iusta enim, &c.
b ¶ Possessor. ʒ scilicet naturalis: iniusta quò ad alios.
c ¶ Non possidet. ʒ id est, quam is, qui nec naturaliter, nec etiam iniustè possidet quò ad alios. & facit huic l & fini superioris. ff. de acq. pos. l. fi. & ff. si ser. uendi. l. loci. §. competit. Accursius.

Scriptum est a,quem potiorẽ præ- tor in soli possessione habet: & est prohibitorium ad retinẽdam pos- sessionem. ¶ Huius aũt interdi- cti proponendi causa hęc fuit,ꝙ se parata debet esse possessio à pro- prietate b. Fieri etenim potest ut alter possessor sit, dominus nõ sit: alter dominus quidẽ sit, possessor verò non sit. fieri etiam potest, ut & possessor idem & dominus sit.

¶ Inter litigatores ergo quoties est proprietatis controuersia, aut conuenit uter possessor sit,uter pe titor: aut non conuenit. Si conue- nit,absolutum est. & ille possessoris commodo,quem cõuenit pos- sidere, iste petitoris onere funge- tur c. ¶ Sed si inter ipsos conten datur, uter possideat, quia alteru- ter se magis possidere affirmat d: tunc si res soli sit, de cuius posses- sione contenditur, ad hoc interdi ctũ remittentur. ¶ Est igitur hoc interdictum,quod vulgò Vti pos- sidetis appellatur, retinendæ pos- sessionis. nam huius rei causa red- ditur,ne uis fiat ei,qui possidet:& consequenter proponitur e post interdictum Vnde vi. Illud enim restituit ui amissam possessionem: hoc interdictum tuetur ne amitta tur possessio. Denique prætor pos sidenti uim fieri uetat: & illud qui dem f interdictum oppugnat pos sessorem g, hoc tuetur. ¶ Et (ut Pædius ait) oĩs de possessione cõ trouersia, aut ad hoc pertinet,ut quod non possidemus,nobis resti tuatur h:aut ad hoc,ut retinere no bis liceat, qđ possidemus. ¶ Re- stituẽdæ † i possessionis ordo aut interdicto k expeditur, aut per actionem l †. Retinendæ itaque possessionis duplex est via:aut ex- ceptio m,aut inrerdictum n, excep- tio datur ex multis causis o ei, qui possidet. ¶ Perpetuo p autẽ huic interdicto insunt hæc, quòd nec ui, nec clàm, nec precariò ab alio possideas. ¶ Interdictũ † au- tem possessorem prædij q tuetur: quod est Vti possidetis. Actio e- nim nunquam ultro r possessori datur: quippe cũ sufficiat ei quòd possideat.

¶ *Hic iurisconsultus incipit exponere uer ba edicti prætoris. Bartolus.*

¶ Hoc interdictum locũ habet, siue quis totum fundum posside re se dicat, siue pro certa s parte, siue pro indiuiso possideat.

¶ Hoc interdictum in omnibus etiam possessionibus, quæ sunt so li, sine dubio t locum habebit,dũ modò possideri possint u. ¶ Qđ ait prætor x in interdicto, Nec vi, nec clàm, nec precariò alter ab al- tero possidetis, hoc eò ptinet, ut si quis possidet ui y, aut clàm, aut precariò, si quidem ab alio, prosit ei possessio. si uerò ab aduersario suo, non debeat eũ propter hoc, ꝙ ab eo possidet, uincere. has enim possessiones non debere proficere z palàm est.

¶ Paulus lib. lxv. ad edictum †. L. II.

Vsta a enim, an iniusta aduer- sus cæteros possessio sit, in hoc interdicto nihil refert. Qualiscun- que enim possessor b, hoc ipso ꝙ possessor est, plus iuris habet, quã ipse qui non possidet c.

¶ *Ex duobus possessoribus ille succũbit, q ab altero possidet iniustè : sed si uterque iniustè possideat, neuter uincit. Bartolus.*

¶ Infero ex hoc tex. cum gloss. ꝙ in hoc in rerdicto or do iudiciarius est ser- uandus, cõ cor. text. in ca. ij. extrà ut lite non contest. gl. in cle. j. ut lite pendẽ. & in c. dile cti. cùm ibi noc. de ma- ior. & obe.

† Ad hunc ff. uid. itell. Fab. acorõ bo. in l. na- turaliter. §. nihil cõ- mum. ff. j. in fi. de acqui. pos.

† Aliàs aut eo perti- net.

† Restitu- tæ in P. F.

† Clim.

† Ista glo. est singul. secundum Alexan. hic in additio. ad Bar. ad hoc quod quãuis ex internallo non sit licitũ expellere possessorẽ, tamen est licitum eũ inquietare pro qua gl. bene facit text. in l. si de eo. ff. de acquir. pos. licet Alexã. eum nõ alleget,

Universidad de Deusto
Biblioteca

SI duo.¶ CASVS. Ego dico me possidere fundum in plena proprietate tu dicis te possidere naturaliter. dicis enim te habere usumfru. in eo fundo, & sic turbas me in ciuili. dicitur, quòd si agimus inter nos uti possideris ratione ciuilis: si cu a me possides ui uel clam, tu succumbes. si autem ab alio possideas ui, aut clam, & tu obtinebis & ego. Secundò dicit, hoc interdictum est duplex, & quælibet pars dicitur actor & reus. Tertiò dicit, cùm uellē ædificare in meo solo: prohibes me. agā cōtra te interdicto uti possidetis. uideris eñ controuersiā pos. mihi facere prohibendo me ædificare. Quartò dicit, cùm domum locassem Titio, & postea uellem eam reficere, Titius me prohibet. dicitur, quod possum agere hoc interdicto uti possidetis contra eum: & protester, quod eum dimittam inhabitare domum refectionē facta. Quintò dicit, Castaldio uicini mei nites mei fundi transduxit in arbores uicini mei. dicitur, quod possum ei denuntiare, ut illas uites incidat. & si hoc non faciat nec patiatur me eas transducere uel incidere: agam interdicto Vti possidetis, quasi me possidere uetet. ¶ Itē uideamus.¶ Tignū uel trabē in mea domo posui: ita quòd supra solum uicini mei ibat, non autem ibi appodiabatur. hoc §. dicitur, quòd interdictum Vti possi. nō competit utrique nostrum, sed tantum tibi. Secundò dicit, habeo domum iuxta tuam, & inter meam domum & tuam, est quædam curia paruula cōmunis, id est mea, & tua. feci in ea domo protectū aliquod, ita quòd cooperit curiam communem, & sustentatur supra tuam domum. dicitur, quòd ages contra me hoc interdicto, per qd prohibeor ita habere. sed si ego habeam a te de hoc seruitutem: tunc in hoc interdicto obtinebo. Tertiò dicit, Titius supra domum meam ædificauit: & fecit ibi cœnaculum, id est, cameră quandam, & in ea stabat. quæritur, quis nostrum dicatur possidere cœnaculum, ut fic in eius possessione defendatur per hoc interdictum? & dicit quòd si ad cœnaculum ibatur per domum meam tantùm: tunc ego dicor possidere cœnaculum: unde dabitur hoc interdictum, p quod prohibetur ille ibi stare. si autem ad cœnaculum ibatur ex publico, puta ex uia: tunc ille dicitur possidere cœnaculum, & non ego: & ei datur hoc interdictum, per quod defendet in possess. cœnaculi. Itē superficiario datur hoc interdictum, si de uoluntate domini soli fecerit superficiem, competit etiā ei utilis in rem, si definat possidere. Itē dominus soli habet hoc interdictum contra omnem etiam superficiarium, si ultra legē locationis ædificet. ¶ Creditores. ¶ Si creditores sunt missi in possess. rerū debitoris causa rei seruandæ, & turbent in hac possess. an habeant hoc interdictum, quæritur? & dicitur quòd non. idem in eo, qui est missus nomine uentris causa legatorum. Secundò dicit, Tignum supra domum tuam proieci: sustinebatur tamen a mea domo tantum, nō a tua. an habeas hoc interdictum quæritur? & dicitur qd sic, ut tollam istud tignum. Tertiò dicit, tradita est mihi possessio fundi ab eo, quem credebam possidere. dicitur, quòd nō uideor istum fundum possidere ui. ¶ In hoc interdicto.¶ Pone casum duobus modis ut habes i gl. domini mei Accursij quæ incipit, Ponunt quidam casum &c. Francifcus Accursius.

Alias VI possidetis ad edict.

INtra quatuor. § CASVS. In hoc princi. dic casum ut in glo. domini mei Accur. quę incipit, bona uacantia fisco &c.

¶ Quadriennii. § Quadriennium quo præscribitur nuntiatio uacan. bonorum, non incipit currere ex opinione hominum id est ex tunc, quando credunt bona esse uacantia: sed ex tunc, quãdo nemo uult succedere ex testamento uel ab intestato: ut quia omnes repudiauerant. Franciscus Accur.

r ¶ Intra quatuor. § bona uacantia fisco quidam fine titu. possidebat, detuli fisco, ex tunc præscribit quadriennio. sed si ego desistam, interim non prodest secundo agenti mea nuntiatio. ad hoc C. de quadri. præscrip. lege prima, & supra de usucap. lege, quamuis. & infrà de iure fisci. lege prima. §. fin.

s ¶ Delator. § id est denuntiator †.

t ¶ Denuntiatione. § simpliciter, non per contestationem, uel iudiciariam conuentionem. aliàs contra: ut C. de præscrip. xxx. anno. sicut. & lege, cum notissimi. in prin. uel dic per contestationem. sed ipsa non egredietur personam, cum ciuilis interruptio sit: ut C. de non numera pecu. si cui. & supra, ne de sta. defũ. l. ij. §. præscriptio. Sed quomodo potest illud dici, cum primus & secundus deferet nomine fisci: ergo nõ debet obstare secunda exceptio: cum ipse deferat gerendo negotium fisci? sed forte hoc accidit ideo, quia primus delator desistit: ut. l. fiscus intra quadriennium ratum non habuit: argumen. infrà, rem ra. ha. l. bonorum Accursius.

u ¶ Temporis. § quadriennij.

x ¶ Præuaricatio. § facit C. de sen. aduer. fi. l. j. & de prænari. l. ij.

y ¶ Perimetur. § corruptore habito pro confesso: ut ff. de iure fisci. l. eius qui. Accursius.

z ¶ Præscriptum est. § ut intra hoc tempus nuntietur.

a ¶ Et intestati possessionem. § id est bonorum possessionem.

b ¶ Gradatim. § colligitur ergo quòd tunc demũ sunt uacantia, cùm priuatus non habet ius petendi: ut C. de cadu. tol. l. j. §. fi. & C. de bon. uacan. l. uacantia. Accursius.

c ¶ Præstitutum est. § ad deliberandum. & facit insti. de usuca. §. fin.

d ¶ Computabuntur. § & post denuntiationem fisco factam. quod dic ut not. C. de quadri. præscrip. l. i. Accursius.

pus, quo in fuga sit seruus [o] domino [p] eius procedere, uerum est.

¶ *Res soli, id est res immobiles, præscribuntur longo tempore. de quo etiam habuisti sup. eodẽ. l. longæ. Franciscus Accursius.*

¶ Martianus. † LEX IX.

REscriptis quibusdã diui magni Antonini cauetur, ut in rebus † soli locus sit præscriptioni diutinæ [q] possessionis.

¶ Papinianus. † LEX X.

INtra † quatuor [r] annos uacantium bonorum delator [s] facta denuntiatione [t] destitit. post quatuor annos secundo delatori uenienti prior nuntiatio, quò minus præscriptione temporis [u] submoueatur, non proderit, nisi prioris præuaricatio [x] detegatur. quo declarato, † nõ solùm præscriptio, sed & negotij quæstio perimetur [y].

¶ Quadriennij tempus, quod bonis uacantibus nuntiantis præscriptum est [z], non ex opinione hominum, sed † ex substantia uacantium bonorum dinumerabitur. ¶ Quatuor autem anni post irritum testamentum factum, & intestati possessionem [a] ab omnibus repudiatam, qui gradatim [b] petere † debuerunt, uel post temporis finẽ, quod singulis præstitutum est [c], computabuntur [d].

¶ *Quod defunctus non potuit usucapere, nec hæres poterit, licet ignoret uitium defuncti. hoc dicit.*

† Mobilib. in P.F.

† lib. xiij. Respon.

† Hæc l. turbatũ se cõqueritur Zasi. quod a glo. malè explicetur tum q; doctores par simonia uti si in scribẽdo, tu uide to quid ipse lentiat. & intellectum uid. apud Io. Hannibal. in l. natura liter mum. 190. de usucapionib.

† Non solũ non est in P.F.

† in P. F. de.

† Potuerunt. P.F.

† Delatores qui dicantur, pulchrè Bud. ff. l. pluriumum. de iur. & fac. igno.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CVm hæres.§ CASVS. Si testator rem quandam mobilem habebat precario, & decessit relicto hærede: dicitur quòd hæres hanc rem non posset vsucapere, licet ignoret eam ré precariò fuisse de functo concessam, nam cùm hæres in ius omne defuncti succedit, ignorantia hæredis vitia defuncti nõ excludit, & sic non põt usucapere hæres quod defunctus nõ potuit usucapere. idem est in præscriptione rei immobilis concessæ de † ignora- functo precario, ut hæres eius non possit v- † In P. F. sucapere. Franciscus Accursius.

† dispuratio. vt Iulia. nus &c.

a ¶ Vitia.§ scilicet personalia: quia hic de personalibus loquitur: ut suprà de acquiren. possessio. l. Pomponius. §. is qui. & §. fi. Accursius.

† Du. ei. alienũ illũ, ille uel &c. Du. uerò alienũ illum illo, uel &c.

b ¶ Sciens.§ scilicet defunctus.

c ¶ Conueniatur.§ ut suprà, de preca. lege, cùm precario. §. fi. Sed contra in eodem titul. quæsitum. §. final.

† lib. xvj. Responso. Solu. non tenetur, ut hic, nisi possideat, uel dolo desierit possidere, ut ibi. sed certè hic uidetur loqui de possidente. uel non tenetur hæres sicut defunctus: quia non tenetur nisi possideat, uel dolo desierit possidere[e], uel aliter non tenetur ab initio, cùm sit ignorans, & desineret possidere: cùm putat suũ esse: quia re sua abuti putat: ut suprà, de petitio. hæredita. si quid possess. §. sicut. sed ex postfacto, id est postquàm fuit certioratus: & sic iã tenetur. & licet definat possidere: tenebitur, argumen. infrà titu. j. l. ij. §. circa. & §. generaliter. Vel dic, tenetur interdicto propter possessionem defuncti: ut ibi. de precario nõ tenetur, propter suam possessionem: quia ad hæredem non transmisit. uel hic de directo, ibi de utili. uel hic ignorans tenuit, ibi sciens.

† lib. 6. in- stitu. Epitoma.

d ¶ Non poterit.§ quia hæres sciebat rem alienam.

e ¶ Possessione.§ alia quàm precaria, & dic possessione, id est præscriptione, quæ uenit ex possessione.

f ¶ Defendetur.§ scilicet hæres qui possedit longo tempore, computato illo testatoris, uel non computato.

g ¶ Rei.§ est enim intuendum exordium in persona testatoris, quia ista eadẽ persona intelligitur: ut in principio huius legis. & C. de fruc. & lit. expen. l. secunda. & C. de acquirenda possessio. l. ultia. & suprà de usucap. sequitur. §. hæres. & l. si is. §. Marcellus. secus in singulari successore: ut suprà. l. an uitium. & adde hic quod no. ẽ. de publi. si ego. §. paratus. & C. pro hære. l. nihil.

CReditor.§ CASVS. Fundum obligaui Titio. eundem Sempronio uendidi, uel ex alia simili causa tradidi. Sempronius tenuit illum fundum decem uel uiginti annis, & sic est tutus exceptione præscript. contra hypothecariam. postea Sempronius istum eundem fundum uendidit Ciceroni. dicitur q hæc eadem exceptio, quæ competebat Sempronio, competit Ciceroni contra Titium hypothe. agentem. Franciscus.

h ¶ Eandem exceptionem.§ facit C. si aduersus credi. l. j. & ij. & ẽ. tit. j. l. exceptio. Accursius.

IN omnibus.§ CASVS. In bonis delatis fisco si fiscus non petat, & stet per uiginti annos, repellitur deinceps exceptio. præscript. nisi in casibus quibusdam, in quibus minora tempora statuuntur, ut est in bonis uacantibus, de quibus habuisti suprà hoc eodem titulo. Item in alio casu, quem dic ut in gl. hic posita, quæ incipit, minora tẽpora &c.

¶ Reipublicæ. Administrator reipublicæ rationes reddidit, & subscriptæ & expunctæ, id est cancellatæ sunt usque ad uiginti ann. uiuente administratore, & eo mortuo usque ad decem annos poterit uenire contra illam computat. ultra illud tempus non. Franciscus.

Præscriptio an & qualis possit in fiscũ suprà lege, intra. Item in bonis in fiscum commissis ob uectigal nõ soluta: ut C. de uectiga. lege secunda. Item in alio casu: ut suprà ad Syllam. lege, in cognitione. aliàs ergo contra fiscum currit præscriptio xx. annorũ, ut hic, & infrà de requiren. re. lege ij. iij. & iiij. Sed cõtra. C. de

i ¶ In omnibus.§ ubi fiscus actor est.

k ¶ Tempora.§ minora tempora statuuntur in bonis uacantibus: ut suprà lege, intra. Item in bonis in fiscum commissis ob uectigal nõ solutum: ut C. de uectiga. lege secunda. Item in alio casu: ut suprà ad Syllam. lege, in cognitione. aliàs ergo contra fiscum currit præscriptio xx. annorũ, ut hic, & infrà de requiren. re. lege ij. iij. & iiij. Sed cõtra. C. de

¶ Idem libro ij. LEX XI.

CVm hæres in ius omne defuncti succedit: ignorantia sua defuncti vitia[a] non excludit: veluti cùm sciens[b] † alienum vel precariò possedit. Quamuis enim precarium hæredem ignorantem non teneat, nec interdicto rectè conueniatur[c]: tamen usucapere non poterit[d], quod defunctus nõ potuit. Idem iuris est, cùm de longa possessione[e] quæritur. nec enim rectè defendetur[f], cum exordium † rei[g] bonæ fidei ratio non tueatur.

¶ Paulus. † LEX XII.

CReditor, qui præscriptione longæ possessionis à possessore pignoris submoueri posset, pignus distraxit. quæro, an possessori salua sit exceptio aduersus emptorem? Paulus respondit, etiam aduersus emptorem eandem exceptionem[h] competere.

¶ Hermogenianus. † LEX XIII.

IN omnibus[i] fisci quęstionibus, exceptis causis, in quibus minora tempora[k] seruari specialiter constitutum est, viginti annorum præscriptio custoditur. ¶ Reipublicæ rationes subscriptæ & expũctę[l], aduersus eum quidem, qui ad ministrauerit, vltra uiginti, aduersus verò hæredem, vltra x. annos retractari non possunt.

¶ Scæuola. † LEX XIIII.

DE accessionibus possessionum nihil in perpetuum, ne que generaliter[m] definire possumus[n]: consistunt enim in sola equitate. Planè tribuuntur iis, qui in locum aliorum succedunt, siue ex contractu, siue ex voluntate[o]. hæredibus enim, & iis, qui loco successorum habentur, datur accessio testatoris P. Itaque si mihi vendideris seruum, vtar accessione[q] tua. & si mihi pignori dederis, & ego eandem rem alij pignorauí, meus creditor vtetur accessione tui temporis, tam aduersus extraneum, quam aduersus teipsum, quandiu pecuniam mihi non exolueris[r]. Nam qui me potior est, cùm ego te superaturus[s] fim, multò magis aduersus te obtinere debet[t].

† lib. singu. quæstio. publicè tractatarum.

nali. Item fallit hæc lex. C. de fund. patri. lege fina. Penultimà solutionem approbo.

l ¶ Expunctę.§ id est cancellatæ: & pone erratum fuisse in computatione. sic infrà de re mili. lege, ex causa. sed quid sit propriè dispungere, legitur infrà de uerborum significat. lege, cognoscere. §. primò. Accursius.

DE accessionibus.§ CASVS. Quando possessio unius accedat alij, non potest generaliter de hoc doctrina tradi: cùm in sola æquitate consistat. Scias tamen quòd possessio alicuius prodest uenditione uel simili. siue ex ultima uoluntate, ut hæres. item legatarius & similes. hinc est, quòd possessio uenditoris prodest emptori. item possessio debitoris prodest creditori, cui dictam rem obligat. Item si creditor obligat eam alij: prodest huic secundo creditori possess. primò obligantis: ut sic completa usucapio, habeat directam hypothecariam donec soluatur debitum primo creditori. Item si gestor negotiorum tuorum obligauit mihi rem, quam possidebas & usucapieam usucapionem prædictæ rei. Item si obligasti mihi rem, quam usucapiebas, hoc pacto, apposito, ut si non luas usque ad carumpri uium, possim eam uendere: si eam uendo ex forma pacti, emptori proderit possessio tua ad complendam usucapionem. Franciscus.

m ¶ Generaliter.§ expositio perpetui.

n ¶ Possumus.§ Sic ẽ. de legi. & senatusco. l. neque leg. & ẽ. de usur. l. mora. Accursius.

o ¶ Ex uoluntate.§ scilicet ultima.

p ¶ Accessio testatoris.§ uel ẽ. pro emptore. l. ij. §. etiam.

q ¶ Accessione.§ ut ẽ. de contrahen. emp. l. dolia. §. eum qui. & suprà, quorum lega. l. j. §. illud. & ẽ. de usuca. l. id tempus. & ẽ. de excep. rei iud. l. fina. Accursius.

r ¶ Non exolueris.§ ad quod est ẽ. de pig. grege. §. cùm pignori. & de pigno. act. l. petenti. Accursius.

s ¶ Superaturus.§ qui me superaturus est: multò magis te superabit, cùm ego te superaturus essem. Accursius.

t ¶ Debet.§ ut habeat directam hypothecariũ cõpleta usucapio. quà si à domino res obligata uideatur: alioquin utile haberet, ut suprà, de Item ẽ. ad Tertullia. l. j. §. obuiciur. & lege, æquissimum. §. si ex filio. & instituto. ad Tertullianũ. §. pater. scilicet in matre defuncti & auo. Item in

authent.

authen. quibus modis nat. effi. sui. §. discretis. & ẽ. ad Treb. ex facto, sci licet in muliere, quæ excludit naturales filios excludentes cognatos. Item fallit in muliere, quæ præfertur his, quorum pecunia res refectæ sunt: nõ tamen habentibus expressas hypothecas: ut in authẽ. de ęquando. §. his consequens. & ẽ. qui po. in pig. l. interdũ. Itẽ ẽ. de iniusto test. l. pe. Item si diligo te, tu illum, non sequitur, q ego diligam illum. Item si ego sum tuus vasallus, & tu alterius: non sequitur, ergo ego sum illius, posset tamẽ dici quòd in turbatione in l. allegata, Claudius. non fallit, quia ibi non ex natura contractus, sed propter rem iudicatam, id est, ne præiudicet interalias. Item in secundo casu non fallit, quia ibi pater non poterat excludere matrem, & ita non procedit arg. quid enim ad rem si alibi excluditˣ? Idem respon. in patre. nam pater non excludit auum: vnde non potest procedi.

¶ Du. videri cõcessisse uenditioni. alias ut in quibusdam exemplaribus scriptis videris consensisse uenditioni &c.

† lib. v. Interdictorũ.

† Repleatur. Dua.

a ¶ Concessisse uenditionem.§ & sic sufficiat semel velle fieri supra de aqua plu. ar. l. in diem. & suprà, de acq. hære. si quis mihi bona. §. fi. Accur.

IN vsucapione.§ CASVS. In vsucapione cõplenda sufficit tangi vltimà diem triennij vt habeaf pro cõpleta. ¶ Accessio.§ Si rem alienam quam bona fide possidebas, mihi vendidisti: proderit mihi tempus quo tu eam possedisti. Item tempus, quo auctor tuus possedit, vt sic citius compleam vsucapi. Secundò dic. medius auctorum meorum nõ possedit rem, vt puta venditor venditoris mei. præcedentium possessio non proderit mihi: sed auctoris mei possessio. Scias ergo q possessio eius à quo emi, vel à quo emit procurator meus pro me: prodest mihi. Item si emi à procuratore Titij rem a Titio possessam: & Titio hoc volente: prodest mihi possessio Titij. Sed pone q Titius Sempronio mandauit vt vendat quandam rem à Titio possessam: & Sempronius hoc idem mandauit Cornelio. dicitur q nõ aliter possidebat rem quã vendidit, sed emptor eam possidebat ex causa de positi vel simili: tamen tempus quo vẽditor possedit, proderit emptori. Item si hæres rem hæreditariam vendidit: tempus quo testator possedit: item tempus, quo hæres possedit, proderit emptori. Franciscus.

¶ Sed si pecuniam mihi solueris, hoc casu accessione tua nõ utetur.

¶ Itẽ si absente te is, qui negotia tua videbatur administrare, seruũ mihi uendiderit, tuq; reuersus ratum habueris, omnino accessione tua vtar. Item si mihi pignus dederis, & cõuenerit, nisi pecuniam mihi soluisses, licere ex pacto pignus vendere, idq; vendiderim, emptori accessio tui temporis dari debebit, licet inuito te pignora distracta sint. iam enim illo tẽpore quo cõtrahebas, † videris concessisse venditionem[a], si pecuniam non intulisses.

¶ Venuleius. † LEX XV.

IN vsucapione[b] ita seruatur, ut etiam si minimo momento no uisimę diei possessa sit res, nihilo minus † expleatur[c] vsucapio: nec totus dies exigitur ad implẽdum constitutũ tẽpus. ¶ Accessio possessionis sit nõ solùm tẽporis, quo apud eũ fuerit, vnde quis[d] emit: sed & eius, qui ei vẽdidit, vnde tu emisti. Sed si medius aliquis ex auctoribus non possederit, præcedẽtium auctorum possessio non proderit[e]: quia cõiuncta nõ est: sicut nec ei, q nõ possidet, auctoris possessio accedere põt[f]. ¶ Item adiiciẽdum est ¶, vnde emisti, aut vnde is emit, cui tu emendũ mandaueras: & q apud eum, qui vendendum mãdauerat. Quòd si is quoq; cui mandatum erat[n], alij venden dum mandauerit, non aliter huius qui posteà mandauerit, dandã accessionem Labeo ait, quam si idip sum dominus ei pmiserit[i]. ¶ Sed & si à filio uel seruo rem emero, accessio temporis, quo apud patrem aut dominum fuit, ita dãda est mihi, si aut voluntate patris domini ve, aut cùm administrationẽ pecunij haberet, vẽdiderit[k]. ¶. Itẽ danda est accessio † cũ eo tẽpore, quo apud pupillum fuit, à cuius tutore cùm is tutelã eius administraret[l], emisti. Idemq; in eo, qui à curatore pupilli furiosive emerit, seruandum est: & si ventris nomine, aut eius, qui rei seruãdæ caussa in possessione esset, dotisve noĩe diminutio facta sit: nam id quoq; temporis accedit[m]. ¶ Hæ autẽ accessiones nõ tam latè accipiẽdæ sunt, quàm verba earum patẽt: vt etiam si post vẽditionem traditionem q; rei † traditæ apud venditorem res fuerit[n], proficiat id tẽpus empto ri: sed illud solùm, quòd antè fuit, licet venditionis tempore eam rẽ vẽditor nõ † habuerit[o]. ¶ Ei, cui hæres rem hæreditariam vẽdidit, & hæredis tempus, & defuncti debet accedere.

¶ Paulus †. LEX XVI.

ACcessio sine nostro tempore P nobis prodesse nõ põt.

De doli mali & metus exceptione.

TITVLVS IIII.

¶ *More prudentis philosophi ponit diuisionẽ suã, dicẽs: Primò uidẽdũ esse quæ de causa hæc doli exceptio sit inuẽta. Secũdò, quo modo fiat dolus. Tertiò, cõtra quas psonas datur. Quartò, quanto tempore duret: Posteà prosequitur membra sua declarando.*

¶ Paulus †. LEX I.

QVòd ¶† dilucidiùs intelligi possit hæc exceptio: priùs † de ea videamus, quare pro posita[r] sit: deinde

† In P. Fl. cum eo qđ apud &c.

† Venditæ.

† Habuerat. Duar.

† lib. iij ad Sabinum.

† lib. lxxj. ad Edict.

† Edidius. Duar. legit & huius l. intellectũ ponit fort. Gary. in l. si unus. §. pactus. tu. ẽ. de pact.

De causa. Duar.

fide: tempus quo tu eam possedisti, proderit ita demũ mihi, si ego inciperim possidere illam rem. hoc autẽ fallit: quod dic vt in gl. Fran. Ac.

p ¶ Nostro tempore.§ hoc fallit in hrde, cui procedit vsucapio sine pos. vt ẽ. de vsuca. l. cœptam. & l. nunquam. §. vacuum. & l. iusto. §. nondum. Item facit ẽ. de acqui. pos. l. Pomponius. §. fi.

¶ DE DOLI MALI ET METVS exceptione.

QVò dicidius.§ CASVS. Vt hæc exceptio doli rectè intelligatur, est primò videndũ qua de causa fuit inuenta. Secundò, quomodo fiat dolus: & sic per hoc sciemus quando obstat exceptio doli. Tertiò dicit, videndum est contra quas personas obiici possit hæc exceptio. Vltimò, videndum erit quãto tempore duret hæc exceptio. Et certè scias, quòd hæc exceptio est inuenta ideo, ne dolus alicuius ei quod ius ciuile admittebat, contra naturalem æquitatẽ prosit. quod dic vt in glo. huic posita. Item sciendum est, quòd ex eo quod fit, præsumitur dolus quandoq; in contractibus, quandoque in testamentis: quandoq; in legibus, & da exempla vt in gl. Franciscus Accursius.

q ¶ Quò.§ quo, pro ut. Et nota, quòd quælibet res diuisa melius intelligitur: vt insti. de leg. §. sed non vsque.

r ¶ Propositа.§ de hoc dicet ff. titu. §. ideo. & infrà, l. proxi. in principio. & §. circa.

Res quælibet diuisa melius intelligitur

Dolo

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Dolo.ʒ de hoc dicet ℣.ea.l.§.sed an dolo.Accursius.
b ¶ Quando obstet.ʒ id est quibus casibus.quod dic:ut ℣.l.proxi.§.j. & idem dicit proxi.dictum.scilicet contra quas personas detur.
c ¶ Insp̃iciemus.ʒ ut ℣.eo.l.purè.§.fi.
d ¶ Ciuilis.ʒ nam tenet obligatio de iure ciuili:sed opponitur exceptio de iure prætorio: vt C.de inutil.stipula. l. dolo.
e ¶ Ex facto.ʒ id est ex qualitate facti : ut C. de rescind. uendi. dolus.uel aliter. id est ex eo quod factum est, uel commissum, dolus præsumitur : ut suprà, manda. lege, dolus. & lege, si procuratorem. §.dolo.& §.si ignorantes. Sed oppono. quod aliàs dicitur ex perspicuis indiciis debere probari: ut C. de dolo. lege, dolum. Respon. & tunc illum admissum probat cũ ex qualitate facti perspicuè ostẽdit. Iten oppo. qui dolum dicit &c. ut suprà, de probatio. quoties. §. qui dolum. Respond. satis probatur dolus si qualitas facti, in qua est dolus, probatur.
f ¶ In contractibus.ʒ da exemplum de incidenti, & de eo, qui dat causam contractui: ut suprà, de actio.empti.l. Iulia. §.si uenditor. & §. seq. & de dolo lege, & eleganter. in princip. & infrà eodem per multas leges.
g ¶ In testamentis. ʒ edendis uel sup. imendis : ut C. siquis ali. test. prohi.l.j.& ij.C.ad l.Cornel.de falsis.l.eum. C.de inoffi. test. l. fratris. in fi.& ſ.de leg.ij.cùm pater §.Titio.Accursius.
h ¶ In legibus.ʒ condendis uel interpretandis, non cancellandis: ut faciebat quidam Valicosius Papiensis, nam iudici interdum interpretari permittitur: ut ℣.de appel.ab executione. Accursius.

1 No. glo. ad hoc q̃ dolus probat̃ si qualitas facti in quo cõsistit, probatur : hoc addito q̃ dolus quadoque probatur etiã ex cõiecturis per gl. in c. fin. de renũtia. li. 6. Bol.

† lib. lxxvj. ad Edictũ.

† Ex qua causa. Du.

PAlam autem.ʒ CASVS. Nunc dicit quòd hæc exceptio est inuenta ex ea causa, ex qua de dolo : & est ista ſ. ne malitia alicuius sit ei lucrosa. Secũdò vult dicere, in quibus casibus habeat locum hęc exceptio, & quibus personis obiiciatur. & est sciendũ, quia hæc exceptio obstat ei, qui dolum commisit in ea re, quam petit, nec sufficit ab aliquo commissum dolũ. nam exceptio ex alterius dolo alteri nõ obstat, nisi ex dolo testatoris, ex cuius dolo põt opponi exceptio contra hæredẽ. & idem in similibus, quæ exẽpla habes in gl. hic posita quæ incipit, nocet quidẽ hæredi &c. ex persona aũt eius q̃ eã opponit. est hęc exceptio in rem. sufficit enim in ea re cõmissum dolum ab eo qui vult agere: licet non contra eũ qui eam excep. vult opponere. Posteà uult dicere quibus ex causis hæc exceptio locũ habet: & ecce si stipulor à te sine causa, & ex ea stipulatione agã, obstat mihi exceptio doli. Item si spe futurę numerationis stipulor à te x. deinde non numero, & agã ex ea stipulatione, obstat mihi exceptio doli, cum causa non sit secuta. Itẽ si promittis mihi x. in dotẽ dare pro Berta : & finito matrimonio ea à te petam, nam obstat mihi exceptio, cũ causa ob quam promisisti, sit finita. Itẽ si stipulatus sum a te decẽ mihi dari, & purè: posteà feci tibi pactũ de non petẽdo usque ad annum: si intra annũ petere uolo, obstat mihi exceptio pacti: & ẽt exceptio doli, dolũ enim facio tibi cum contra pacti formã agere uolo. & ut generaliter dicã, ubicunque alia exceptio habet locũ, & hæc excep. doli potest opponi. ¶ Nõ male ʒ Mutuaui tibi x. sub certis usuris : & accepi usuras pro futuro tẽpore: puta pro anno. si interim uolo petere sortem, obstat mihi exceptio. uideor enim feciſſe pactũ de non petendo sorte pro toto anno, pro quo accepi usuras. ¶ Item quæritur. ʒ Habebas seruũ, cui erat relicta libertas si daret decẽ. eum à te illũ seruũ, ignorãs de libertate ei relicta prædicto modo. stipulatus sum à te de dupla si euincatur à me. nũc seruus dedit mihi x. & sic est impleta conditio libertatis, & sic euincit se in libertatem : uolo agere contra te ex stipulatione duplæ, dicitur q̃ possum: dum tamen in illa dupla nelim computare x. quæ habui à seruo si enim nolim computare, repellor exceptio. doli. hoc tamẽ fallit. si enim illa x. quæ dedit mihi seruus, erant ex re mea, uel ex peculio quod ad me spectabat, non teneor illa decem cõputare in dupla, quàm à te sum habiturus. Sed pone q̃ antè quàm mihi traderes seruum, ipse seruus dedit tibi decem, & sic se euincit posteà in libertatẽ. agam cõtra te act. ex empto ut illa x. recipiam à te. & est hoc uerum si sum paratus tantò quemadmodũ dolo [2] fiat. per quę intelligemus, quando obstet [b] hæc exceptio. deinde aduersus quas personas locũ habeat. nouissimè inspiciemus [c], intra quæ tempora cõpetat hæc exceptio. ¶ Ideo autem hãc exceptionem prætor pro posuit, ne cui dolus suus per occasionem iuris ciuilis [d] contra naturalem æquitatem prosit. ¶ Sed an dolo quid factum sit, ex facto [e] intelligitur. Et quidem dolo fit tam in contractibus [f], quàm in testamentis [g], quàm in legibus [h].

¶ Vlpianus.† LEX II.

PAlàm autem est hãc exceptionem ex eadem causa[1] propositam† ex qua proposita est de dolo malo actio.

¶ Exceptio doli aduersus eum contra quẽ proponitur, nõ est in rem, sed ex parte eius qui eam proposuit, sic.h.d.

¶ Sequitur, vt uideamus in quibus causis locum habeat exceptio, & quibus personis obiiciatur. Et qui dem illud adnotãdum est [k], quòd specialiter exprimendum est, de cuius dolo quis [l] queratur: non in rem [m], Si in ea re [n]† nihil dolo malo factum est: sed sic, Si in ea re nihil dolo malo actoris factum est. docere igitur debet is, qui [o] obiicit exceptionem, dolo malo actoris factum esse: nec sufficit ei, ostendere in rem dolum esse: aut si alterius [p] dicat dolo † malè factum, eorum personas specialiter debebit enumerare: dummodo eæ sint, quarum dolus noceat [q]. ¶ Planè ex persona eius, qui exceptionem obiicit, in rem opponitur [r] exceptio. neque enim quæritur aduersus quem dolus commissus sit: sed an in ea re [s] dolo malo factum sit à parte actoris [t].

¶ Qui perseuerat petere usque ad litem contestatam quod sine causa stipulatus est, uidetur dolo petere. h.d.

¶ Circa primam speciem, quibus ex causis exceptio hæc locum habeat, hęc sunt, quę tractari possunt:

poni ab omnibus, qui possident, sicut dicitur hic, unde distinguitur utrum dolus committitur in re acquirenda, uel obligatione: pro qua, uel ex qua modò agitur: quo casu locum habet quod hic dicitur. aliàs si non in acquirenda committit dolum, sed in eo quod uenit contra pactũ: non ob. exceptio: ut ſ.de pactis.l.fideiussoris. quæ est contra. Item facit suprà, de dolo.l.sed ex dolo.§.fina. Accursius.

k ¶ Adnotandum est.ʒ Scilicet circa personas, contra quas opponitur, & à quibus.

l ¶ Quis.ʒ ſ. reus.

m ¶ Non in rem.ʒ poterit opponi doli ex ceptio.

n ¶ Si in ea re.ʒ restè ageres si &c. & da exẽplum ut ℣. eo. apud Celsum. § itẽ quęritur. & §. sed & si mulier. & l. purè. §. si cui. exceptio ergo doli personalis est ex parte illius, qui dolũ cõmisit: ut contra eum solũmodo opponatur : contra aliũ non, nisi ab eo ha beat causam lucratiuam, uel propè, uel nõ lucratiuam, sed tamen res reuersura est ad dolosum: ut ℣. eo. apud. §. si quis ex causa. sed ex parte eius, qui eam opponit, est in rem : ut ſ. quilibet possidens si cõueniatur ab eo, qui dolũ cõmisit, uel committit : ut C. de rei uẽ. l. fin. posit scilicet opponi exceptio doli. sed uidetur illud falsum. nam si factũ fuerit pactum de non petendo fideiussori : non prodesset reo, nec obstat exceptio si à reo petat. debet autem posse op-

† Nihil, nõ est in P. F.

† male, nõ est in Duexempl.

o ¶ Is qui.ʒ scilicet reus.

p ¶ Alterius.ʒ quàm actoris.

q ¶ Noceat.ʒ Nocet quidem hæredi dolus testatoris : & alij uniuersali successori: ut per bon. pos. uel per Trebel. uel per hoc quòd bona sint addicta causa libertatũ conseruandarum, uel per arrogationẽ, & similia: ut ℣. de reg. iur. l. quod ipsis. Itẽ dolus actoris, à quo quis habet causam lucratiuam: ut §. siquis autem. uel propè lucratiuam : ut §. actoris si tamen agat iste qui causam habet à doloso : ut §. si quis antè. aliter si ipse conueniatur : ut suprà, titu. j. an utilium. Item nocet ei, qui non ex causa lucratiua habet à doloso, quando res ad eum est reuersura : quod dic per exempla: ut in creditore : ut infrà, §. si quis autem. ibi, idem tractat &c. Item marito. solu. matrimo. non constante: ut infrà, eodem, lege, apud Celsum. §. sed & si mulier. & §. apud Iulia. Itẽ dolus tutoris uel curatoris obiicitur minori uel alij personæ, quæ habet curatorem quatenus sunt locupletati: ut infrà, lege, apud. §. illa. & §. si quis ibi, quæ in tutore &c. Sunt & alię personæ de quarum dolo obiicitur: quas uidere potes, infrà, eodẽ, lege, apud. §. in hac. & §. quæ situ. & §. mandati. sed & singularis successor, & ex causa non lucratiua repellitur si uellit uti accessione temporis sui auctoris, nò aliàs : ut infrà, eodem, lege, apud Celsum. §. de auctoris. & supra, de acquirend. poſſe. Pomponius. §. cum quis,

Dolus testatoris an & quando noceat hæredi.

r ¶ In rem opponitur.ʒ contra. ſ. ad Macedo. sed & Iulia. § sed & si filius, & ſ. de secun. tab. l. penul. §. planè. in fi. contra. & ſ. si fer. uen. loci §. competit. contra.

s ¶ Re.ʒ acquirenda, non retinenda. ut dicta lege de pactis. legc, fideiussoris.

t ¶ Actoris.ʒ id est an actor in ea re dolum commiserit. & largè accipe hic dolum, ut etiã si bonam fidem habuit in re acquirenda, si tamen deficit titulus uel aliquod de illis, quæ sunt necessaria ad Publicianam, repellatur hac exceptione, si posteà rem illam à quocunque possessore uendicet: ut & C. de rei uendicatione, lege fi. uel dicas hunc nõ tunc, sed nunc dolum committere, quando petit. argumen. infrà proximo §. Item si habuit scientiam rei alienæ, loco doli accipitur, cum nec usucapere possit, nec Publicianam habere. Et eadem in personali quę sita, siue dolo promittentem induxit, siue etiam bona fide: sed tamen causa deest, quæ adesse credebatur. Dic ergo factum in præteritum, uel etiam fieri in præsenti: ut infrà proxi. §. & infra, de uerbo. obliga. lege, siquis cùm aliter. Accursius.

Sine causa

a ¶ Sine causa.ʒ vel quia in stipulando causa non exprimitur à contrahentibus: ut supra, de proba. l. cum de indebito. §. fina. uel exprimitur quæ ab utraque parte inesse creditur, & non inest: ut si credo te vẽ didisse vel mutuasse procuratori meo: & ideo ex causa uenditionis uel mutui promitto: ut C. de non nume. pecu. l. si ex causa. Idem & si tu etiam in hoc credebas te mutuasse procura. uel alium pro te. Sed quid si ego qui promitto sine causa, scio causam non inesse, tu credas inesse? Respon. uideor donasse : & sic tencor : ut argumen. infrà, de regulis iuris. l. cuius. & C. ad legem Falcidiam. l. fina. secus fortè si & tu scias causam non inesse : quia in pari causa, &c. ut infrà, de uerborum obligat. si seruum. §. sequitur. & adde quod not. C. de non nume. pecu. l. generaliter. in distinctione ibi posita. Item an hic libellus sit admittendus : peto decẽ, quia promisisti : tu uide Lãfran. de ouria. in ca. quoniã cõtra falsam. §. petitiones. nu. 25. uersi. uidimus. in fi. & ibi nota ui in apostil. ad eum post Benedict. Vadũ extra de Pbatio.

† Dolo malo.

¶ An hic libellus sit admittendus : peto decẽ, quia promisisti : tu uide Lãfran. de ouria. in ca. quoniã cõtra falsam. §. petitiones. nu. 25. uersi. uidimus. in fi. & ibi nota ui in apostil. ad eum post Benedict. Vadũ extra de Pbatio.

Si quis sine causa [a] ab aliquo fuerit stipulatus, deinde ex ea stipulatione experiatur : exceptio utique doli mali ei nocebit [b]. licet enim eo tempore, quo stipulabatur, nihil dolo malo admiserit [c] : tamen dicendum est eum, cùm litem contestatur, † dolo facere, eò q̃ perseueret ex ea stipulatione petere : & si cùm interponeretur, iustam causam habuit, tamẽ nunc nullam ideo neam [d] causam habere uidetur. Proinde. [e] & si crediturus [f] pecuniã, stipulatus est, nec crediderit: & si certa fuerit causa stipulationis, quę tamẽ aut non est secuta [g], aut finita est [h], dicendum erit nocere exceptionem.

¶ Qui pacisciturde pecunia non petenda usque ad tẽpus, & petit ante tempus, patitur duplicem exceptionẽ, scilicet pacti, & doli mali. & ubique fit, ubi quis petit, q̃d per exceptionem potest eludi. hoc dicit.

¶ Item quæritur, si quis purè stipulatus sit certã quãtitatem, quia hoc actum sit, sed post stipulationem interpositã pactus sit, ne interim pecunia usque ad certum diẽ petatur, an noceat exceptio doli mali? Et quidem de pacto conuento excipi posse, nequaquam ambigendum [i] est. Sed & si hac exceptione quis vti velit, nihilominus poterit. Dolo enim facere eũ, qui contra pactum petat, negari non potest. ¶ Et generaliter sciendum est, ex omnibus in factum [k] exceptionibus [l] doli oriri exceptionẽ: quia dolo facit, quicũque id, quod quaqua exceptione elidi potest, petit. Nam & si inter initia nihil dolo [m] malo fecit, attamen nunc petendo facit dolosè : nisi talis sit ignorantia [n] in eo, vt dolo careat.

¶ Non malè dictum est [o], si creditor vsuras [p] in futurum acceperit, deinde pecuniam nihilominus petat, antequam id tẽpus prętereat, cuius temporis usuras accepit, an doli exceptione repellatur? Et potest dici, dolo eum facere. accipiẽdo enim usuras distuliſſe uidetur petitionem in id tẽpus, quod est post diem vsurarum præstitarum, & tacitè conueniſſe, interim se nõ petiturum. ¶ Item quæritur, si statuliberum mercatus quis fuerit iustum decem dare, cùm hoc ignoraret [q], & duplam stipulatus fuerit, deinde decẽ acceperit [r]. † Euicto eo in libertatem, agere ex duplæ stipulatione potest [s]. sed nisi decem, quæ implendæ conditionis causa acceperit, deduxerit [t], exceptione submouendus erit. & hæc ita Iulianus quoque scribit. Si tamen ex re emptoris, vel ex peculio, quod ad emptorẽ pertinebat, pecuniam dederit statuliber, potest dici exceptionem non nocere [u]: quia dolo non fecerit.

¶ Paulus.† LEX III.

ITem si ob id [x], q̃ antequam dominium ad me transferatur, uẽditori dederit decem [y], agam ex empto vt decem recipiam [z], ita puto competere mihi actionem, si paratus sim ex duplæ stipulatione eum liberare [a].

¶ Qui dolo non mandat, quod aliàs esset mandaturus, si dubitaret factum non secuturum, censetur esse in dolo. hoc dicit.

¶ Vlpianus.† LEX IIII.

APud Celsum quęritur: si cùm Titio mãdassent creditores pro euictione re euicta etiam ante traditionem, & post uenditionem.

z ¶ Recipiam.ʒ quæ occasione rei emptæ ad eum peruenerunt: cùm seruum hac datione liberum factum præstare non possit.

a ¶ Eum liberare.ʒ pro rata parte, & in decem.

APud Celsum.ʒ CASVS. Creditores hæreditarij excepto uno mã dauerunt Titio, ut hæreditatem non idoneam debitoris defuncti adiret. ille autem unus bene mandasset illud idem si ad mandatum aliorum Titius non adisset : & Titius adiuit hæreditatem prædictam. nunc creditor non mandans vult petere debitum quod sibi debetur ab isto Titio. dicitur quòd repellitur except. doli, in eo quod inuenitur ultra uires hæreditatis: quod intelligas ut in glo.

¶ Iuhanus scribit. Titius infirmus causa mortis consobrino uxoris suæ promisit dare centum nolens eam pecuniam ad uxorem suam pertinere. deinde Titius conualuit, si ex illa promissione conuenitur Titius: habet exceptionem doli mali.

¶ Si in arbitrum.ʒ De causa quam habebam contra te, compromisimus in arbitrum: & promisimus obedire dicto arbitri in omnibus, & sub pœna. tandem cum arbiter præcepisset mihi, ut tali die coram eo adessem, infirmitate ductus non iui, & sic incidi in pœnam. si aduersarius eam a me petat, habeo excep. doli.

¶ Item quæritur.ʒ Pone casum ut in glo. domini mei Accursij. quæ incipit:, potest ita exponi.

Si quis

† lib. lxxj. ad edictũ.

† lib. lxxvj. ad edictũ.

Ducto

b ¶ Nocebit.ʒ tenet ergo, sed exceptio ne eliditur, nisi causa probetur : ut no. C. de non nume. pecu. l. generaliter.

c ¶ Admiserit.ʒ quia credebat causam inesse quæ non erat.

d ¶ Idoneam.ʒ suprà, non aderat causa nec re, nec spe, hic aderat saltem spe: ut in exemplo quod sequitur, proinde, &c.

e ¶ Proinde.ʒ id est, ergo.

f ¶ Crediturus.ʒ non tamen credidit: ut suprà, si certum petatur. l. qũi pecuniam.

g ¶ Non est secuta.ʒ ut in mutuo.

h ¶ Finita est.ʒ ut matrimonium. & facit suprà, de pactis. l. iuri sgentium. §. fine. & infrà, de pollicitatio. l.j. §. si uerò. & suprà, de condict. sine causa. l.j. & l. qui sine. & infra, de fideiusso. si stipulatus esses. in principio. & infrà, de uerborum obligationibus. l. si quis cùm. & infrà. §. & generaliter.

i ¶ Ambigendum est.ʒ ut institu. de excep. §. præterea. & ſ. de pactis. l. item quia. Accursius.

k ¶ In factum.ʒ omnes dicuntur in factum : quia ex facto, uel non facto oriuntur : ut suprà, de excep. l. exceptiones. & argu. ℣. eo. apud. §. aduersus. quæ est contrà. Accursius.

l ¶ Exceptionibus. ʒ ut infrà eodem, l. qui æquitate. & suprà, de præscriptis uerbis. l. quoties.

m ¶ Nihil dolo.ʒ quiã ignorauit, quare non debeat petere : ut infrà, de regulis iuris. l. qui in ius. & facit suprà, de pactis. iurisgentium. §. fine. & suprà, depositi. l. si quis inficiatus. in princi. & suprà, de tribu. l. illud. §. Scæuola.

n ¶ Ignorantia.ʒ uel nisi reuerentia personæ hoc faciat : ut infrà eodem, apud. §. aduersus. quæ est contra.

o ¶ Non malè dictum est.ʒ quærendo.

p ¶ Vsuras.ʒ facit suprà, de pactis. l. qui in futurum. & de lege. commiſſ. l. lege. §. fi. & l. post diem.

q ¶ Ignoraret.ʒ emptor scilicet eum statuliberum esse. quid ergo, si sciuit? Respon. idem ex quo est stipulatus: ut ℣. eod. l. apud. §. item Labeo. & C. de euict. si fundum. Sed contra ſ. de contrahẽ. em. l. ea quæ. sed ibi sanitatem, hic pecuniam emptor est stipulatus, scilicet duplum. Item secus si sint sciens, & stipulatus non sint : ut suprà, de euict. l. qui libertatis.

r ¶ Acceperit. ʒ nam in persona emptoris potest impleri conditio libertatis : ut supra, de statuli. si statuliberæ. §.j.

s ¶ Potest. ʒ emptor.

t ¶ Deduxerit. ʒ de duplo quod nec petit.

u ¶ Non nocere. ʒ & sic decem sibi data habebit, quia & sua & duplum pretij habebit à uenditore.

x ¶ Tem si ob id. ʒ ſ. agam ex empto, quod est ℣. Accursius.

y ¶ Decem. ʒ non ex re sua: alioquin contra : ut ſ. posuit in emptore. & ſ. de act. emp. l. Iulia. §. sed & si quid prætereà. Item subaudi hic, & posteà homini tradidit mihi ignoranti liberum eum factum: & posteà se euicit in libertatem ex causa præcedenti uenditionem : alioquin male diceret ex duplæ stipulatu uenditoré conueniendum, cum non uideatur uenditor ea de bere teneri, nisi post traditionem emptori factam euincatur : ut ſ. de euictio. l. euicta. §. j. secundum Azo. & Hugo. sed quidam dixerunt argu. huius legis posse agi de dupla

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Si quis pupillo.§ Quod debebā pupillo solui ei sine tutoris authoritate.ex ea pecunia factus est locupletior si iterū eā pecuniam à me petat obstat sibi exceptio. nam & si mutuā accepit pecuniā sine tutoris authoritate,& eam conuertit in suam utilitatem:si ad eam conueniatur & accipiat,repliceabitur.& quod dixi in pupillo,idē in adulto & in furioso.

¶ Item Labeo.§ Emi à te seruum fugitiuum sciens esse fugitiuum: stipulatus tamen sum à te eum non esse fugitiuum. posteà inuenitur fugitiuus. ago ex stipul. prædicta. tu ex cipis quia sciebam fugitiuum: ego replicabo, quia sum stipulatus.non teneris act. ex empto,nec alia.

¶ Quod si is cui pecunia.§ Titius debebat mihi Francisco x. hic Titius mandauit Sempronio ut hoc nomen à me emat. ego autem de hoc debito transegi cum Titio. posteà nomen istud Titij uendidi Sēpronio ignorāti prædictam transact. & promisi non agere contra Titiū ad dicta x. & per me nō fieri quō minus exigeret ab eo.posteà egi cōtra Titium ad decē,& fuit condēnatus,quia non potuit de transac.probare,& soluit mihi dicta x.nūc Sēpronius uult agere contra me ex promissione quā ei feci:dicitur ꝙ potest nō obstante excep.doli,nisi sim paratus reddere quantū ab eo recepi.nā si hoc reddā,in tanto obstat sibi exceptio,& hoc,si habes in litera,ab emptore.alias est à debitore:& tunc plana. ¶ Labeo.§ Figi contra te rei uendi.ad seruū, & obtinui tandē iussu iudicis promissi intra certū diē dare eū mihi,& sub pœna hoc promisisti:tandē nō dedisti intra diē:& sic incidisti in pœnā.nunc uolo petere pœnā & ipsū seruum,dicitur quòd obstat mihi,except.doli.unū enim de his petere debeo,non ambo. ¶ Ité quæritur.§ Obligaui tibi uniones pro x.id est margaritas pretiosas,& conuenit ut redderes mihi easdē margaritas prædictas solutis x.nunc culpa tua amissiti margaritas,& sic teneris ad æstimat.& si agas cōtra me ad x.ego excipiā exce.doli:quia nō reddis mihi margaritas ꝙt puenit:nec reddā tibi debitū.id est ꝓdicta x.

¶ Si minor.§ Minor mihi seruum sitū donauit & tradidit:nunc à me uendicat:dicit quod obstat sibi excep.doli,nisi reddat impēsas, quas in seruū feci circa alimenta,uel circa alia. ¶ Præterea.§ Si aliquis petat aliquid ex testamēto cōtra uoluntatē testatoris,repellitur excep. doli,hinc est,quod si hæres institutus i testamēto Titij (de qua institutione Ticius test tor pœnituit expresē uel tacitē:quę exēpla da ut in gl.quæ incipit,ut quia &c.) hic hæres petit hæreditatē ex prędicta inst.repellitur excep.doli. Secundo dicit,testator instituit me hæredē in una unica hæreditatis, quæ unica ualebat ducenta. & si hoc nollē, legauit mihi c.ego accipere legatum uolo,& non uncia mre instit.dicit quòd audior,nec repellor exceptio.doli. Sed pone quod repudio institutionem habens pretiū ob hoc à substituto. dicitur quòd legatū petere nō possi quasi heredi.uidear habere.& sic repellar excep.doli.

¶ Quæsitum.§ cū haberem usumfructum in fundo tuo: consensi tibi ut uēderes fundum.dicitur quòd uideor per hoc amisisse usumfructū unde si eum usumfructum amodò petam, obstat mihi exceptio.

¶ Marcellus.§ Pone casum ut in gl.quę incipit,fortè posset hoc modo intelligi &c. ¶ Contra senatus.§ Mutuaui x.cuidā filiofā.qui se asseruit esse sui iuris.si agam ex mutuo contra eum. & ipse excipiat ex Macedoniano,ego replicabo de dolo. ¶ Labeo.§ Cū te cōueniré ad fundum transegi tecum,& promisi dolum non commtti: ut si amodò petam à te fundum,& si contra transact. ueniam,licet possis mę cōuenire ex stipula.propter dolum istum:quia cōtra transact.uenio:tamen excipere de dolo potes,quia licet in prima petitione fundi dolū non commisi,nunc tamen committo cum cōtra transactio.uenire uolo.& hūc casum habes in fin.glo.quæ incipit,potes pūctuare &c. uel aliter potes ponere casum ut in princi.iusdem glo.hoc dicit usque ad §.ad uersus.Franciscus.

a ¶ Hæreditatem.§ non idoneā:quo casu contra eos doli exceptio, & pro nō mādātibus de dolo actio datur,in eo.l.quod ultra uires hæreditarias cōueniretur,ut §.de dolo.l.fi.uel dic mādauerūt remittēres parte debiti,ad quam,scilicet remissionē partis,tenētur alij si maior pars remittat:ut s.de pac.iurisgentium.§.fi.& l.seq.& secūdū hoc dic mandaturus.scilicet maxime. nam tenetur stare maiori partiut dixi. Tertij dicunt,quòd nihil uoluit remittere:quo casu non tenetur stare sententiæ aliorum nisi aliàs erat mandaturus si non adiret. & l.iurisgentium.intelligunt tantū tunc,quando omnes uolunt remittere:sed non æqualiter:ut tunc stare teneatur sentētiæ maioris partis.& facit supra,man.l.si hæreditatem.& ad Velleia.l.fina.in principio.

hæreditarij, ut adiret hæreditatem [a],unus nō mandasset decipiēdieius causa: [b] mandaturus aliquin, si non foret hic aditurus,deinde agat, an exceptione repellatur?Et ait Celsus, doli eum exceptione repellēdum. [c] ¶ Iulianus scribit,Si quis cum æger esset,centum aureos uxoris suæ cōsobrino spopondisset,[d] uolens [e] scilicet eā pecuniam ad mulierē peruenire, deinde cōualuerit, an exceptione uti possit, si cōueniat? Et refert [f] Labeoni placuisse,doli mali exceptione uti eum posse. ¶ Si in arbitrū [g] cōpromiserimus, deinde cū non stetissem [h] ob aduersam ualetudiné,pœna cōmissa esset, an uti possim doli exceptione [i]? Et ait Pomponius, prodesse [k] mihi doli exceptionem. ¶ Ité quæritur [l] † si cum eo à quo tibi sexcēta deberentur,cōpromiseris, deinde p imprudentiam [m] pœnam centum stipulatus fueris? Labeo putat cōuenire officio arbitri, iubere tantum tibi dari, quantum re uera debeatur? [n] & si non fiat,[o] non uetare ne quid amplius petatur: sed etiā si id omissum fuerit [p], peti posse quod debeatur: Labeo dicit: & si fortè pœna petatur [q] doli mali exceptionem profuturam [r].

¶ Qui locupletior factus est solutione sibi facta si iterum petat, summouetur doli exceptione.h.d.

¶ Si quis pupillo soluerit sine tu

b ¶ Cau.§ Sed quomodo scire poterimus utrum iste demandasset aut non, ut obstet ei doli mali exceptio uel non? Respond.per præfationes, situationes,& admonitiones quas fortè iā ei fecerat ut adiret: ut suprà,de leg.j. si seruus plurium. §. fin. & argu.infrà de uerborum obliga. Titia.§.primò.

c ¶ Repellendum.§ sed cur, cum nec dicendo, nec faciendo dolū commisit?Respon.hoc ideo, quia fraudulosè tacuit. nam & alias fraus dolosa præiudicat:ut C.ad Velleia. l. si fine.

d ¶ Spopondisset.§ uolens donare causa mortis. nisi enim mortis fiat mentio,non intelligitur mortis causa donatio : ut suprà de dote prælegata. l. Seia. imò præsumitur donatio inter uiros : ut suprà de donationibus causa mortis. lege, Seia, in fine. hic ergo causa mortis donatio reuocata fuit per conualescentiam : ut & suprà de donatio. causa mortis.lege, mortis causa §. Titia. & si certum

† Ange. in l.j.§. de eo. ꝙd fact. quo minus qs in iudi. sistat, dicit hanc gl. de iure melio rē ad hoc ꝙ ex his quæ quis ante dixerit:pro bat animus eius et quo animo quis fecerit aliquid. Bol. † Alexan. hic in apostillis suis ad Bart. & Imol. in l. scire debemus. j. de uerb. obli. omnes reputāt istū tex. fin. ad hoc ꝙ si actor uult petere partē debiti,puta quinquagintā de centū sibi debitis potest reus opponere, & dicere ꝙ agat super toto : quia sic intendit frustrari tories ab eo. Bolog.

petatur,lege.non omnis.

e ¶ Volens.§ an tamen hæc uoluntas sit ualida ut mulier stipuletur, nor.C.de dona.cau.mor.l.j.

f ¶ Refert.§ scilicet Iulianus.

g ¶ Si in arbitrum.§ alias arbitrum,& aliàs arbitrium.

h ¶ Non stetissem.§ ubi præcepit arbiter.

i ¶ Exceptione.§ Si à me petatur.

k ¶ Prodesse.§ ꝙ speciale circa iudicia & arbitria intelligo : aliud igitur in contractibus.nam ibi cum effectu pœna committitur:ut infrà de uerborum obligationibus.l.continuus.§.illud.in fine.& facit §. si quis cau.lege ij.§.fi quis.& lege iiij.§.item si quis.& de arbitri.si cū di.§.fi quis ex.

ADDITIO. Dic quòd illud dictū glo.est falsum quādo dicit quòd l est speciale in iudicijs: per legem,si vehēda.§.idē iuris.supra ad legem Rho.de iac.& no. in l.quod re.suprà si certū petatur. Nec obst. lex continus.§. illud.infrà. de uerbo. obligatio. quia uerum est quod difficultas nō excusat ab eo,quod pricipaliter deuenit i obligationē, sed ab eo quod deuenit in pœnę commissionem difficultas excusat secundum Bartolum hic.

l ¶ Item quæritur.§ potest ita exponi.hic §. quòd l uerè sexcenta deberentur:& quòd centum tantum credebat actor sibi deberi:fuit tamen factū generale cōpromissum de eo, quod deberetur: uel peteretur: & quod dicit pœnā centū,id est pro centum, quæ sola actor imprudēs sibi deberi putabat.& secundum hoc non est pœna minor,quam id ꝙ creditur deberi. uel etiā dic, quod de sexcentis fuit cōpromissum,sed alio tēpore primò fuerat pœna promissa quando credebat sola cētū sibi deberi,& expones eodem modò pœnam centum id est pro centū quæ deberi putabat. Vel sic secundo casu quòd bene sciebat actor sexcenta deberi,sed nō credebat sibi licere stipulari nomine pœnę ultra centum:& sic est minor pœna qua res quæ petitur, & de qua cōpromissum est,& secundum hoc dic pœnam centum id est centū nomine pœne.Accursius.

m ¶ Per imprudentiam.§ secundum primum casum imprudentia est circa sortem, secundum alium circa pœnam. Accursius.

n ¶ Debeatur.§ scilicet sexcenta:cum de omnibus est cōpromissum secundum utramque positionem.& facit ad hoc officiū æquitatis. C. de iudi.l.placuit.

o ¶ Et si non fiat.§ id est non condemnet in sexcentis:sed in centum tantum:non debet uetare de quingentis non petendis.

p ¶ Fuerit.§ id est fecit quod nō debuit scilicet vetando de quingētis peti:nunc non poterunt peti quingenta.sed quare hoc, cū de toto compromissum fuit,& fortè etiam totum petitū? Respon. quia per secutio non fuit,in totū:ut C.de iudi.l.licet.& §.de excep.rei iudi.& an eadem §.actiones.& hoc secundū utrūque casum.uel dic uerius omissit scilicet nil dicendo de quingentis:& tunc poterūt.scilicet peti integra sexcenta:quia sententia nō ualet ipso iure in qua scilicet sententia in parte cōdemnauit,in alia tacuit:ut §.de arbi.l.de rebus.& C.de appel.l eos in prin.ibi,omnē causam &c.Sed aliud in iudicio ordinario ut quidam dicunt:quia ibi uidetur tacitè absoluisse in eo,quod tacuit. & pro eis C.si aduer.rem iudi l.j.sed uerius idē in eo.& dic quod ibi in reliquo absoluit:ut ibi no. Sententia in parte lata an ualeat.

q ¶ Petatur.§ à te:qui uis petere quingenta,& sic non stas firmus cō promisso.Accursius.

r ¶ Profuturam.§ si paratus sit tantū & minus de sexcēis accipere quantum

quantū est pœna:aliàs contra.est suprà,pro socio,si quis à socio.& l. sequen.uel dic secus: quia pœna apponitur loco contemptus arbitri: quia merito potest hic contemni,cum sententia non ualuerit:quia nō de toto iudicauit.& sic nil remittitur de sexcentis occasione pœnę.ibi autem succesit loco rei argumen.de arbi l.si quis rem.& l.non distinguemus. in princ. quæ esset contra si diceret tantum remitti de forte quanta est pœna: quia sic referret esset maior pœna, uel minor: quia lex illa, non distinguemus,nonvult interesse. uel contrà si diceres hic non tenere sententiam ideo, quia pœna fuerit minor, sed certe non est ideo: sed quia in parte tacuit, ut dictum est. & sic non obstat.& facit suprà. de arbit. l. Labeo.& de eo per quem factum er. l. ex hac.§.fi.Accursius.

a ¶ Esse exceptionem.§ id est, replicationem.

b ¶ In cæteris.§ ut furiosis : & iis quibus est interdictum bonis : & adultis curatores habentibus : ut infrà. de uer. obli.is cui. & C. de in integ. resti. mino. l. si curatorem. & facit C. de admi.tu. fancimus.& j. de solu. in pupillo. & l. pupillo. & institut. quibus alie non li.§.fi. Accur.

c ¶ Conuenit.§ suprà,de contrah. empt. ea quæ.contrà.Sol hic expresim de ipso utio stipulatus est, & ideo non poteſt repelli excep. Ibi in genere seum esse sanum. uel hic stipulatus erat pretium : ego egit de pretio : ibi non erat stipulatus, & ideo nec agit, quia sciebat. Item contrà.C.communia de lega.l.fi. §. fi.fol. ibi speciale. & facit C.de ædili. act. l. iij. §. j. & de cui.l.si fundū.& C.commu.utriusq; iud. si fratres. in fi.& §. de ædil. edi.l.si tū. §.i ædilitiis.

† Intellect. huius. §. uid. apud Bolog. in l.4.§. caco. nume. 47. de uerbo. ob. et per Soc.in l.ita stipulatus, nu.205.co. tit.

d ¶ Decidit.§ paciscendo se pecuniam nō petiturum:imò actionem se uenditurum ei cui debitor nomen emendum mandauerat. Ego prænum approbo.dic ergo decidit, id est transegit.Accursius.

e ¶ Vendidit.§ post transactionem.

f ¶ Scio.§ qui ignorabat transactionem factam.

g ¶ Mandauerat.§ ante transactionem:unde facta postea transactio ne debuit reuocare mandatum ante,quam emeret mandatarius.

h ¶ Stipulatus est.§ ꝙ creditor non peteret,uel exigeret pecuniam à debitore,nec faceret quò minus iste emptor exigat illam pecuniam.

i ¶ Abstulit.§ debitori agendo contra ipsum,quia debitor cum non potuisset probare trāsactionem factam condemnatus est: & sic soluit.

k ¶ Emptor.§ contra uenditorem.

¶Si quis à ꝓcuratore status controuersiam patiat, satis accipere debet à ꝓcuratore, ne impunè sæpius pro suo statu conueniatur: & si dominus , ucnientesq; ab eo ꝓsonę, ratum non habuerint,quòd contrà. si autem iudicetur seruus:stipulatio de rato efficitur inutilis. Fran. Accursius.

a ¶ Procurator.§ de rato cauens.

b ¶ Non possidebat.] nec dolo desiit possidere.

c ¶ Nactus.§ ex eadem uel alia causa.

d ¶ Fideiussores.§ scilicet datos a procuratore.

e ¶ Nam.§ argumentatur sic, quasi tunc de mum debeat committi hæc stipulatio, quando si uerus esset procurator,competeret rei iudi. excep.ad quod est supra eodem.l. cum minor.in prin. & §. falsus.& j.eo.sit.fi fine.§. penul.item facit ad l.C.ad exhi.neque.& supra de noxa.quoties.& §.de excep.rei iudi.fi rem.& l.si quis.& de rei uendi.l. fin autem.§.j. Accursius.

f ¶ Ageret.§ scilicet dominus.

g ¶ Si procurator.§ id est,procurans sine mandato.

h ¶ A debitore.§ qui reuera debet.

i ¶ Amiserit.§ Quia reus est absolutus.

k ¶ Stipulationem.§ ad expensas tantum, secundum R. & quosdā alios:ut j.eodem,fi fine.§.cum autem.& §. Marcellus .Item pro eis §. eodem,cum minor. in fin.quod Ioan.non placet.imò ad totum ꝙ solut debitor condemnatus procuratori.nam repeteret eam condictione indebiti ab ipso procuratore cum postea erat absolutus. ergo nūc per stipulationem de rato:ut j.l.si fine.in prine.& l.fin.§.fin.nec ob.d. §.cum autem.& §. Marcellus. q̄a in illis erat procurator uerus : licet satisfederit: quia dubitabatur de manda.hic non.& ideo dixit procurator id est, procurans.& ad illam l.cum minor.dic acceperit scilicet maximè.

l ¶ Sine iudice.§ aliàs si cum iudice,non condiceret:ut C.de condi. indebi.l.j.

Universidad de Deusto
Biblioteca

AMplius.§ CASVS Titius nomine meo petiit a te centũ, & promisit eo q̃ ego amplius non peterem. quæritur quãdo cõmittatur hæc stipulatio cõtra Titiũ? Respon. Labeo. si ego dñs petã in iudicio: non alias. sed anthor legis clarius dicit: q̃a si peto: si modo non cõtendier litem, nõ cõmittit stipulatio. hoc enim casu nõ peto sed petere uolo. sed si sum litem contestatus, uel si petij sine iudice, & habeam: uel dũ aliquid ei debeam, & petat à me, & ego obiiciam ei compensat. de his centum uideor petere. & sic committitur stipulatio prædicta contra p̃cu. & q̃ his casibus cõmittatur stipulatio prædicta, probat per simile. nam hæres à testatore grauatus ne petat à debitore hæredi. debitum quod debebat testatori: si aliquod de prædictis faciat, uidetur petere & uenire cõtra testamentum. Frãciscus.

¶ Idem lib. 14. ad Plaut. LEX XV.

AMplius† non petiª uerbũ, Labeo ita accipiebat, ᵇ in iudicio † petitũ nõn esset. Si aũt in ius eum uocauerit, & satis iudicio sistendi causã acceperit, iudicium ᶜ tamen cęptum nõ fuerit: ego puto nõ cõmitti ᵈ stipulationem Amplius non peti. hic. n. nõ petit, sed petere uult. si uerò soluta eẽt pecunia, licet sine iudicio, cõmittit stipulatio. nam & si quis aduersus petentẽ cõpensatione ᵉ deductioneve usus sit, rectè dictũ est petiisse eum uideri, & stipulationẽ cõmitti Amplius nõ peti. nã & hęres qui damnatus estᶠ nõ petere, si horum quicq̃ fecisset, ᵍ ex testamento teneretur.

† Iste tex. est sing. ad hoc, q̃ cõpensatio dicitur petitio: & is q̃ opponit compensationẽ, dicitur petere, & non exicere tantũ: ex quo dicimus ex cõcato, q̃ potest excipere nõ posse opponi cõpensationẽ i. q̃ dilecti. cũ ibi not. extrà de iud. Bolog.

† P. F. petitum esse.

† lib. 3.

¶ Amplius non peti. ‡ id est petendum: & cum dixit uerbum, melius dixisset orationem.

a ¶ Amplius non peti. ‡ id est petendum: & cum dixit uerbum, melius dixisset orationem.

b ¶ Accipiebat. ‡ obscure tamen. Accur.

c ¶ Iudicium. ‡ id est litis contestata.

d ¶ Non committi. ‡ tardius ergo hæc stipulatio, amplius non peti, cõmittitur quàm illa rem ratam, ha. quæ statim committitur, ubi quis ratum non habet: ut s. e. procurator. § iquis. & l. quo enim. § fi. Item si dicam quãdocunque à me petieris, tibi dabo decem, alias si non dedero x. promitto xx. committo in pœnam statim cum petis etiam extra iudicium. arg. ſ. de uerborum obligatio. si decem cũ petiero. Ité ad hoc suprà, de in ius uoc. lege, quamuis. & de testa. si is qui. Sed contra. C. de transac. lege. si quis maior. Sol. ut ibi Item arg. cõtra suprà. de solu. lege, cum mihi. § j. & de inoffi. test. Papinianus. § meminisse. & de bon. lib. lege. in seruitute. & lege, qui cum maior. § accusasse. & C. de iis qui, ut indig. alia. quibus dẽt post lit. cõtesta. licere desistere: Item argu. contra suprà de uerborum obligat. in stipulatione ista. §. sed quatenus. ubi qualis qualis controuersia sufficit in stipulatione habere licere.

† Haloan. discerni alij domino cõdici. Augusti. lib. 3. emẽda. c. 9.

ADDITIO Dic secundum Bar. aliud est in stipulatione habere licere: ut ibi aliud in stipulatione, amplius non petiut hic.

e ¶ Compensatione. ‡ & sic propter uerba & propter actum committit: ut hic, & ſ. eo. lege, quo enim. in fi. & sic contra deficit propter utrunque: ut arg. ſ. eo. l. non tantum.

f ¶ Amplius non peti. ‡ stipulationem horum uerborum. & facit supra eo. l. quo enim. § fin. qualiter stipulatio concipiatur, habes. j. eo dẽ, procurator. in fin.

g ¶ Damnatus est. ‡ in testamento.

h ¶ Fecisset. ‡ quia compensauit uel deduxit.

SI indebitum.‡ CASVS Credẽs mihi teneri ad cẽtũ soluisti Titio accipienti nomine meo. & promisit quod istam solutionẽ hab. o ratam tandẽ uidisti, quod nihil mihi debueras, & sic indebitũ solutum, uis condicere condi. indebiti. quæritur a quo cõdicas & dicit, quod si habeo ratam, solutionem factam Titio: túc a me cõdices. si non habeo ratam, tunc a Titio cõdices. poteris igitur agere cõtra Titium ex stipulat. de rato ut faciat me habere ratum. & si faciat, tũc teneor condic. indebiti. sed si non, tunc ipse tenetur.

¶ Si procurator.‡ Falsus procurator nomine meo petiit fundũ a te & promisit de rato. tandem succubuit. postea istũ fundũ uẽdidi alij & induxi emptorem in possẽ. licet nõ uacui. tandẽ emptor rei uẽdi. petiit a te fundum. dicitur quod stipulatio de rato committitur cõtra falsum procuratorem. Franciscus Accursius.

i ¶ Sit. ‡ sine iudice.

k ¶ Agi. ‡ aliàs est, an agi. &c. aliàs deest an.

l ¶ Ex ea stipulatione.] promisit enim quod faceret dominum rẽ ratam habere.

m ¶ Dignosci.] sic supra, si quis can. lege. si cum. Et no. quod quidã libri habent ut possit dignosci, utrumne domino &c. alij ut possit dominо condici, sed utrum ne domino &c. & utrumque est bonum.

n ¶ Non habeat. ‡ & certe sic est dicendum: hoc si habuisti an. aliàs plana est. & facit supra de cõdi indebi. lege. si procurator. & de negot. gest. si pupilli. §. ité quæritur.

o ¶ Habiturum. ‡ & succubuit tandem.

p ¶ Fundum. ‡ & induxit in possessionem, licet non uacuam, ut ſ. de fun. do. si fundum. & & ibi notatur.

q ¶ Petere. ‡ rei uendicatione.

r ¶ Committi. ‡ Quid si uendiderit ante, quã certior fieret de facto procu. nam & si ratum postea habet: nõ tã uẽ nocere ei, cui prius trãdidit. unde uẽ teneri. p̃cu. falsus. nisi dicas retro trahi ratihabitionem. Item quid si uendidisset ante sententiã latam inter procuratorem & eum a quo petebatur? uidetur idem.

s ¶ Iulianus scribit. ‡ nihil enim interest, ipse petat, siue alius pro eo, quia utrobique nõ habet ratum. quod est gestum. ad quod est ſ. de iudic. obl. si seruũ. § j. ibi, idemq; fiet &c.

¶ Ratihabitio potest fieri pro parte super re diuisibili: & tunc pro illa tantùm impedit stipulationẽ committi: & in alterna. ut a, si electio pertinet ad creditorem, & aliquis eius nomine petat partem unius ex alternatiuis, deinde ratificet petitio, censetur illa res electa: ut sic altera pars debeat peti, non autem altera res. Paul.

¶ Marcellus. † LEX XVII.

CVm ᵗ debitore ᵘ decẽ ˣ creditoris nomine Titius ʸ sibi egit. partẽ petitionis ratã habuit dominus. ᶻ dicendum est, obligationis partem cõsumptã: ᵃ quemadmodum ᵇ si decem stipulatus ᶜ esset, aut ᵈ exegisset, ᵉ creditorq; non totum, sed partem ᶠ rei gestę comprobasset. idcirco ᵍ si ex stipulatu, ʰ decem aut Stichum, utrũ ego uoluero: absente me domino Titius quinque petiisset, insecuta ratihabitione rectè actũ uideri.

† lib. 31. Digestor.

¶ Stipulatio q̃ ad particulare interesse committitur, potest sæpius committi. Bar.

¶ Pomponius. † LEX XVIII.

SI indebitum procuratori solutum sit, ⁱ agi ᵏ statim ex ea stipulatione ˡ aduersus procuratorẽ potest, ut ratũ habeat dñs, ut possit † dignosci ᵐ utrumne dño condici debeat id, quod indebitum solutum sit, si is ratum habeat: an uerò procuratori condicendũ sit, si dominus ratum non habeat. ⁿ

† Du. stipulationi.

¶ Pomponius. † LEX XVIII.

tionem. idem est si ista x. anno nouandi stipulatus est meus ꝓcurator & postea x. exegit, & promisit me ratum habiturum. nã si habeo ratũ in v. rantum pars obligat. consumpta est. promisisti mihi. Stichũ aut decem quod uolam, absente me Titius taquam meus ꝓcurator exegit a te quinque, & promisit me ratũ habiturum. dicitur, quod si habeo ratum: extincta est obligatio in v. Fraciscus Accursius.

† lib. 16. ad Sabin.

t ¶ Cum. ‡ Tres sunt easus pares. Primus, quando procurator falsus egit, & in totum succubuit. Alter quando animo nouandi totum debitũ domini stipulatus est. Tertius est, quando totum debitum dñi exegit, & in omnibus promisit debitori de rato: & dominus habuit tantum ratum pro parte. Accursius.

Casus ponit.

ADDITIO Dic quod ibi loquit in uero procuratore: hic in falso. Vel dic quod non pòt pro parte ratũ haberi procuratore inuito: ut legercontraria. sed eo uolente, & ad eius commodum sic: uthic secundum Bartolum.

Si procu-

SI procurator.‡ CASVS Titius nomine meo petiit à te c. & satisfedit de rato: posteà ego decessi duobus hæredibus relictis. unus quorum habet ratum quod fecit Titius alter nõ: dicitur q̃ pro parte illius, qui habuit ratum, non committitur stipulatio. pro parte alterius sic. Secundò dicit idem esse, si ego dñs pro parte habui ratum quod fecit Titius:

† ad intell. huius. l. uide de Alc. in l. iiij. §. cato nu. 150. de uerb. ob. & ibi. etiam p Butigel. nume. 137.

puta in quinquaginta, pro parte non, puta in aliis quinquaginta. nam in parte quam non habui ratam, committitur stipulatio, in alia non. ratio utriusque dicti est. quia hæc stipulatio de rato competit ad interesse eius in eo quod habui ratũ. & colligitur ex dicta ratione solutio talis quæstionis. scilicet an hæc stipulatio rati possit pluries cõmitti: puta cœpi agere ego dominus uocando te in ius: & ex hoc te pati damnum constet. secundò lit. sum contestatus contra te: & interest tua propter aduocatum uel alias expensas: & respondeo pluries cõmitti, & pluries agi, cum mea interest, si sim stipulatus à Titio procuratore. & ad hoc adducit simile de stipulat. damni infec. si promisisti emendare damnũ quod dabitur ex domo tua ruinosa usque ad decem annos. nam pro damno quod mihi dat in primo anno, statim agam: & sic de cæteris, si autem diceres tunc demum me posse agere cum certum sit me amodò damnũ ex illa domo non passurum: & tunc committatur stipulatio damni infecti. & non ante: fortè hoc eueniet post x. annos. Franciscus Accursius.

† P. F. finge ergo subin de.

† Sæpius, nõ é apud Dua.

† Budæ. in posterior. annotatio. ad Pãdect. ait uerbum aduocare, consiliũ petere significare.

¶ Stipulatio de rato continet interesse: sicut stipulatio dolum non committi, quæ interponitur multoties tam in contractibus quam in iudiciis. Franciscus Accursius.

¶ lib. 13.

¶ Paulus † ad Sab. LEX XIX.

IN stipulatione qua ꝓcurator caueret rem ratam dominũ habi

a ¶ Si ꝓcurator. ‡ sine mandato.

b ¶ Pro ea parte.] id est pro parte qua hæres est, qui ratum non habuit.

c ¶ Stipulatio.] ut ſ. l. prox. sed contra. ſ. de uerb. obli. eadẽ. §. Cato. in fi. fol. ſ. pro pro parte non habet ratum, cum ipse promiserit: hic procurator promisit. Mar. uel fortè tale erat negotium quod pro parte poterat haberi ratum ab hærede, non à defuncto: ut suprà, de le. j. legatarius. uel hic non fuit pœna promissa: ibi sic. Item cõtra. suprà, si quis cau. si seruus. §. fi plurium. Solu. ut ibi.

d ¶ Et ideo sæpius. ‡ sic suprà, rem pup. fal. fo. non quasi. §. si quis curator. Sed contra. ſ. de arbi. l. fi duo. §. fin. sed ibi in mera pœna: hic in interesse. Item contrà. suprà, tit. j. cum quæreb atur. Sol. ibi totũ consequitur: agendo semel. unde amplius non agit: hic autem non: ut hic. Item fac. suprà, si cui plus quàm per leg. Fal. l. nisi. §. quæsitum. & de uer. obli. si sic stipulatus.

e ¶ Consumit. ‡ in sumptibus litis: ut suprà, eodem procurator. §. fin. Accursius.

f ¶ Aduocat. ‡ id est quod aduocatis ministrat. uel dic q̃ aũocare se à suis negotiis: ut suprà eodem, l. fi commissa. §. fin. & quemadmodum testat. ape. l. siquis ex.

g ¶ Soluit. ‡ idipsum quod debebatur: ut & ſ. eod. l. ꝓcurator quinquaginta.

h ¶ Agat. ‡ id est statim cum commissa est stipulatio, uel damnum datum est: & sic sæpius, uel dic iterum & iterum.

i ¶ Cauet. ‡ per hanc stipulationem de iis quæ sequuntur, ut pro omnibus posit committi: ut hic, & ſ. de dam infect. l. damni infecti.

k ¶ Aedificabitur. ‡ ex quibus habebam damnum. Accursius.

l ¶ Eo. ‡ id est ex eo ædificio ex quo interposita est stipulatio.

m ¶ Sæpius. ‡ id est sæpius. uel statim. uel dic postea quàm semel. Accursius.

n ¶ Propemodum. ‡ id est ferrè. nam quandoque posset esse, q̃ etiã ante ageretur, puta si manifestum esset antequam stipulatio amplius committi non posset, pura domus tota ruit, quę damnum mihi dedit: & sic apparet, quod amplius mihi damnum dare non potest.

o ¶ Quàm dies. ‡ qui ponitur in stipulatione arbitrio prætoris, qui cõsiderat intra quantũ tempus pòt finiri timor dãni: ut suprà de dñ. infe. l. prætor. in princ.

p ¶ Non est. ‡ id est si concedatur, quòd nõ posit agi nisi toto dãno dato quod sperabatur: nõ uidetur esse cautum in stipulatione, ni si pars damni cõtingat medio tempore: quod falsum est.

q ¶ IN stipulatione. In clausulis. ‡ i. in omnibus promissionibus de dolo malo. nã siue in iudicio, siue in contractu quis promittat dolũ abesse, & cõmittatur dolus: agitur ad interesse. Ir. ad quod ſ. de dolo. l. arbitrio. §. non tamen. Alij dicunt, quòd hæc lex dicit, quod etiã in stip. rem ra. ha. contineatur dolum malum abesse: pro quibus est infrà eo. fi fine. §. fi in stipulatione. Item facit ſ. de re iudi. l. fi qs ab alio. §. fi. & de ope. lib. l. qui libertimus. §. nõ solum. Accursius.

Dolus malus in quocunq; contractu siue iudiciario siue extra si promittitur abesse, & committitur: agit contra dolosum ad interesse.

† lib. 1. opinionum.

† Quis, nõ est in P. F.

NOn solũ.‡ CASVS Si ꝓcurator meus agat aliqua act. contra te nomine meo, & dubitetur an sit procurator: debet cauere de rato. Idem si petat sibi nomine meo satisfieri, puta de euic. uel de damno infec. & dubitet an sit meus procurator. nam satisfiet de rato. Franciscus.

r ¶ Si uicem. ‡ id est si prætoriæ sunt. ut ſ. de act. & oblig. l. actionis uerbo. & de prõto. stip. lege j. §. j.

s ¶ Stipulationes.] de euictione. ut suprà de euict. l. emptori. & ſ. de prætor stipu. l. j. §. stipulatio duplæ. Accursius.

t ¶ Interponat. ‡ id est interponi desideret: ad quod suprà, de procu. l. Pomponius. §. fi fi.

v ¶ Interponatur. ‡ id est interponi petatur.

NE satisfiatio. ‡ CASVS Si Titius agat contra te ad centum possim eum releuare à satisfiat. de rato: ut si mittam libellũ seu epistolam principi dicendo in ea epistola qualitei feci eum meum procuratorẽ. Secundò dicit, q̃ procurator rei debet satisfiare iudicatum solui: nec ꝓ talem epistolã de qua dixi suprà releuatur à satisfiatione. Franciscus.

x ¶ Exigatur. ‡ à procuratore actoris.

y ¶ In eis. ‡ id est pro his.

z ¶ Eius. ‡ scilicet domini.

a ¶ Qui. ‡ uel hic punctua.

b ¶ Eum. ‡ scilicet dominum. Accursius.

c ¶ Prodest. ‡ si enim habeas qui eum &c. dic scilicet ille dominus qui sic professus est: scilicet se fecisse eum procuratorem per libellũ uel per epistolam principi datam sub quo erat lis. Idem si detur alij iudici sub quo est lis: ut suprà de procura. fi procurator. prodest dñs scilicet procuratori scilicet tali professione: ut iam non satisfidet de rato. Alij habent, quòd eum &c. & est idem sensus. & facit suprà de procura. lege, si procuratore. & quod ibi dixi. & C. de satisfda. lege prima, in principio.

d ¶ Quòd. ‡ pro sed. & dic q̃ mutat casum. nam suprà, in procurat. aãteris: hic rei. Vel dic in eodem: & dices loqui ut idem procurator per professionem domini: ab alia non.

e ¶ Pareatur. ‡ quod est ut nemo fine satisfiatione admittatur, ut instituitio. de satisfda. §. fi. etiam si domini professio interueniat: ut C. de

Universidad de Deusto
Biblioteca

satisfda.l.j.in fi.sed ex parte actoris ꝓdest, ut dictū est, nisi in duobus casibus: ut§.de ope.no.nun. l. de pupillo.§ q procuratorio.& supra, ad Treb.quia.§.etiam.uel aliter ut dictum est ibi,& distingue ut §.de procu.lege,non solum.§.j.diximus.

† Iulianus lib.56. Digest.

S I sine iudice. §CASVS. Falsus ꝓcurator nomine meo exegit indebitum:& sine iudice.quæritur,qualiter cōsulatur soluenti: Et respō. nam aut ego non habui ratum, aut habui. Primo casu aut procurator nō satisfecit de rato & tenetur condi.inde.procurator soluenti. aut satisfecit de rato: & tunc tenetur ipse & fideiussores ad interesse, & ad impensas.act.ex stipulatu. Secundo casu, scilicet si ego habeo ratum, nō committitur stipulatio de rato: sed ego dominus teneor soluenti cōdi.inde.& hæc sunt uera quādo pecunia erat indebita. Sed quid si erat debita? certè idē: quia si non habeo ratum, tenetur procurator ex cautione de rato, & eius fideiussores. imò tamen differt qñ est debita, à casu superiori.s.quando est indebita. nam quādo est debita, & soluatur falso meo ꝓcuratori & habeo ratum: nulla actio datur contra me causa eius pecuniæ repetendæ.sed qñ est indebita, & soluatur falso meo ꝓcuratori, & habeo ratum: teneor cōdi. inde. & istum casum habuimus §.prox. hęc omnia uera sunt quando sine iudice soluta est pecunia procuratori meo falso. Quid autem si per iudicem soluatur falso meo procuratori? cūc distingue,an,indebita pecunia fit,an debita,primo casu non uidetur stipulatio de rato committi: siue habebam ratum, siue non, duabus rationibus: quia nulla res est quæ possit haberi rata. Item quid ad soluentem pertinet habeam ratum uel non: cum utroque casu non potest repetere:cū sit per iudicē solutū, & hoc de rigore. de æquitate tamen si ego domin̄s non habeo ratū: fideiussores falsi procuratoris tenētur quanti stipulatoris interest me habuisse ratū. quod dic ut in glo.si autem pecunia sit debita, & nō habebā ratū: tunc fideiussores tenentur insolidū. ¶ Cum autem. § Procurator uerus habens mandatū egit,& de rato satisfecit,& succubit. Postea dominus agit, & obtinuit, licet iniuriosè. quæritur an committatur stipulatio contra procuratorem & eius fideiussores? & dī ꝙ non nisi in expensis litis quas fecit conuentus. Idem dixit Marcellus & si dñs agēs succubuit. nam non committitur stipulatio nisi in expensis. ¶ Si procuratori.§ Constitui Titiū procuratorem ad exigendū quoddam legatum mihi relictū,& dandum à Sępronio hęrede cuiusdā. hic Titius exegit hoc legatū me mortuo,& satisfecit de rato.dī ꝙ si hęres meus nō hēt ratū,cōmittitur stipulatio:maximè cum hoc legatū uerè debitū fuerit.

† Du. existimo id agi, ut cōdictio &c.

† Du.qui in debitū soluit.

¶ Si in stipulatione.§ Pone casum ut in gl.quæ incipit, agebas &c.

¶ Si procurator.§ Procurator falsus nomine meo petiit hęredi. cuiusdam agendo petitio.hęreditā.& promisit de rato, & succubuit.postea ego dominus si peto à te fundum hæredi.ex ea hęre.dicitur ꝙ cōmittitur stipulatio contra procuratorem.

¶ Qui patris.§ Facta est iniuria filio,& sic orit actio iniuriarū patri & filio.si procurator patris agat iniuria patris nomine, debet cauere non solum ꝙ pater habebit ratum,sed etiam filius. poterit enim euenire ꝙ filius poterit agere iniuriarum. Idem dicas si nepoti facta est iniuria.nam si procurator aui agat iniur.& anteq̄ auus sciat procuratorem suum egisse,decedant auus & filius, modo nepos poterit agere iniuriarum:& ideo procurator aui debet cauere de rato ex persona aui filij & nepotis.Francisc̄us Accursius.

a ¶ Si sine.§ secus si cum iudice.ut §.9. ꝙ si procurator.

b ¶ Procurator.§ scilicet falsus qui de rato promisit: uel uerus, sed ad alia constitutus:ut §.de iureiuran.l.aliàs.

c ¶ Instituerit.§ postea,quamuis non debitam.

d ¶ Et condictio.§ indebiti,si soluēs ea solutione se liberatū putauit: ut C.de cōdic.inde.l.creditoris.si uerò dedit ut falsus ꝓcurator faceret eum liberari,dabitur ob causam: ut §.de condi. causa da. lege, si

¶ Vlpianus† LEX XXII.

S I sine[a] iudice non debitā pecuniam exegerit ꝓcurator,[b] & dominus ratam solutionem nō habuerit,sed eandē pecuniam petere instituerit,[c] fideiussores tenentur:& condictio[d] qua procurator teneretur, si stipulatio inter posita nō fuerit,perimitur.[e] Quoties enim ꝓcuratori pecunia soluitur, & dominus eam solutionē ratā non habet,† existimo[f] ea actione cum eo[g] agi, ut condictio perimatur: & sola actio ei,[h] q indebitam pecuniam soluit, aduersus procuratorem ex stipulatu[i] cōpetit. Hoc amplius præstant[j] fideiussores impensas quæ in iudiciū[k] factæ fuissent.[l] Quòd si dominus ratum habuisset, fideiussores quidem liberantur,sed ab ipso domino eadem pecunia per condictionē peti potest.[m] Quod si[n] procurator debitā domino pecuniā sine iudice exegisset,[o] idem iuris est.[p] Hoc secus, ꝙ si dominus ratam rē habuisset, nulla eius pecuniæ repetitio[q] futura est.

¶ *Si dñs nō habet ratā solutionē factam falso ꝓcuratori ꝙ sententiā iudicis,si pecunia erat indebita, stipulatio ista nō committit de rigore, sed de æquitate: si verò debita, committitur etiam de rigore.Bar.*

¶ Quòd si procurator per iudicē nō debitam pecuniam exegisset, dici potest,siue ratū dominus habuisset,siue non habuisset, fideiussores nō teneri: uel quia nulla res esset[r] quā dominus ratam habere posset, uel quia nihil stipulatoris interesset ratum haberi.[s] Affi cietur ego iniuria is, qui soluerit procuratori.[t] magis tamē est, ut si ratū dominus nō habuerit,fideiussores teneant.[u] ¶ Quòd si debitam pecuniam procurator,cui[x] nihil mandatum[y] fuerit, per iudicē petierit: magis est, ut insolidū fideiussores teneant, si dominus ratum non habuerit.

¶ *Si uerus procurator exegit debitum uel indebitum,& dominus ratum non habens iterum agat, siue obtineat, & iterū exigat,siue succumbat, non committitur stipulatio contra procuratorem,& eius fideiussores: nisi ad sumptus factos in lite mota per dominum.Paulus.*

¶ Cum autem procurator rectè[z] petit, dominus perperàm,[a] non debet procurator præstare, ne instant.§ pecuniam indebitam solutam,hoc amplius &c.

k ¶ In iudiciū.§ aliàs quas.s.in iudicio feciſſet stipulator de ra. aliàs quę.s.in iure factę fuissent.& est idem sensus. & dic iudicium scilicet cum domino nunc habitum.

l ¶ Fuissent.§ aliàs quas feciſſent.& aliàs quę factæ fuissent.

m ¶ Peti potest.§ id est repeti potest per soluentem: ut §.de condic. inde.lege,si procurator.

n ¶ Quòd si.§.de indebito,nunc interserit unum casum de debito.

o ¶ Exegisse.§ interposita stipu.de rato.

p ¶ Iuris est.§ ut fideiussores teneantur dño ratum non habente.R

q ¶ Repetitio futura.§ quia debitum est solutū . qđ in superiori casu non est.& hoc qñ extra iudicium.& facit C.de neg.gest.si pecuniam.

r ¶ Nulla res esset.§ quę ad dōm pertineat:cum exactio huius pecunię ad eum non spectaret,ut pote indebitę:uel quia nullum est iudicium cum falso procuratore contestatum: ideo uidebatur non posse imputari procuratori si ratum non haberet dñs, quod habere ratum non posset.uel dic,ꝙ malam assignat rationem.nam bene posset habere ratum,† ut §.de neg.gest.si pupilli.§.item quęritur.

s ¶ Haberi.§ nam si etiam ratum habeatur, non repeteret pecuniā nec a procuratore, nec à dño propter authoritatem rei iudic.cū ipse dñs uideatur exegisse:ut §.manda.l.si fideiussor.§.in omnibus.hic autem opponendo dicit.Azo.

t ¶ Procuratori.§ hoc de rigore:magis tñ &c.s.de æquitate, quia si ratum habet,tenetur etiam dñs sine causa,licet non indebiti: ut not. in d.§.in omnibus.& facit.§.de procur.l.licet.Accursius.

u ¶ Teneantur.§ in id quod stipulator actori præstiterit, uel circa iudiciū expenderit. nec ob.quod sequitur fideiussores ꝓp iniuriam iudicis non obligari.ibi enim rectè procurator egerat non mentitus de mandato, & ideo eius factum dño nocere potuit.at hic mentitus est procurator se habere mandatum.unde ex eius facto nulla dño exceptio poterit opponi.quare iniquum est fideiussoŕ in totum stipulatori præstare quod non præstitisset,si dm procuratoris falsi gestū ratum haberę cogere potuisset.R.alij expēsas tantum.arg. inferioris §.pro R.est quod s.dicitur,quādo sine iudicio indebitum est exactū: ubi expresse dicitur in totum solutum cōmitti.

x ¶ Cui.§ scilicet procuratori.Accursius.

y ¶ Mandatum.§ de petendo.

z ¶ Rectè.§ quia mandatum habet,& uerum debitum petit, absolutus tamen fuit debitor per iniuriam.

a ¶ Perperam.§ nā non debebat infringere quod fieri mandauerat.

Iudiciū cū falso ꝓcuratore nullum est.

Tu dic hoc esse uerum de cōsēsu aduersarij: ut §.i. in gl. cauſ. in integ.re stitu. nō est necessē.& ibi omnino ꝓ Bar. iuncto aduersario non. textus est fing.ſm cō munē lect. in l. inter quos.§. qui alieno.s. d damno infe.quem ad hoc refert & sequitur Ludo. Ro. fing.679.i. ci. tu audiuisti.l.si in tot. quę ite rum refert & segr Pe li. ca. cauſam. col.ſi. per totum. extrā de iudi.

Ne iniu-

a ¶ Ne iniuria.] iniuria enim fit debitori,si dominus aliquid extorqueat ab eo absoluto,cum egit procurator, cum ex iudicio tali orit exceptio rei iud.contra dominū ut supra,de excep.rei iudi.l.si mater §.hoc iure. Idem dicā si fuit damnatus vero procuratori,& soluit ei, cum & de hoc haberet mandatum,ut reciperet solutionē:nō aliàs:ut supra, de sol. l. hoc iure.& quod ibi dicit, nō debet præstare procurator.s. debitori ex stipulatione de rato ꝙ debitor soluerat domino cōsequenti per iniuriam: ut dixi. uel dic nō præstat debitori, ne iniuriam consequatur dominus.cui damnum procuratoris. Alij dicunt non debet præsta re.s.domino: quia si dominus cōsequeretur a debitore & à procuratore.iniuria esset.

† Du. propter.

† Du. in stipulatione ratam rem deducitur.

b ¶ Hoc casu. § scilicet cum debitor iniuste superatus est: ergo multo minus tenebitur uerus procurator, ubi debitor nullum damnum passus est: ut quia iure repulit creditorē obiciēdo exceptionē rei iudi. ut dicitur in proxim. §. Marcellus, sed hoc quod hic dico per §.Marcellus. uidetur cōtrarium iis, quæ scripsi secundum Io.s. eo.l.procurator ad exhibendum.§.1.sed ipse rsid. aliud est in uero ꝓ curatore.nam ubi unico uerum procuratorē licet damnum postea patiar victus iniuria: non agitur contra procuratorem, nisi ad impendia: quia & si bonā causam habui, euitare tamen nullo modo potui.fortis autē solutionē euitare potui. vñ culpa potest mihi obiici, siccque mihi imputare debeo: ut §.de regu. iur.l.ꝙ quis. in fi.tit.uel si exceptionē obieci & iniuria est mihi facta.nō debet alij nocere.arg. §.de euic.l.si per imprudentiā.sicut ergo non agit cōtra procuratorē ubi ego sum uictus à domino,ut hic,ita nō agitur & si uicit: ut hic.sed ubi falsus procurator est a me uictus.& à domino superor: cū ei ratū non habenti non debeat præiudicare factum falsi procur. committitē stipulatio rem ratam haberi ad oē interesse: quæ æquè insolidū dēt cōmicti etiā ubi ego dominū superani iniuste,& hoc ad similitudinē uerī procuratoris.qui tenetur cum ego superaui dominum: sicut cū fui uictus a domino. Firmius probo. Nonne falsus ꝓcurator ex stipulatione tenetur statim ad interesse non habente domino ratū:ut §.eo. l. ꝓcurator. §.si quis a ꝓc.& statim cōmissa est stipulatio ād interesse? Pone ergo tenebar in certū.modo autem teneor in c.cū me nō teneri in c.interest mea.in c.ergo committitur stipulatio:ex qua nihilo minus agetur.licet desierit interesse mea interim, qa absolutus fuit supra,siquis.cau.l.qui autem §.illud. Aliter autem iniuria creditori facta fallum procuratorem liberaret.

c ¶ Impensas.§ committitur stipulatio , etiam si non de iure quis agat,ut hic,& aliàs C.de trāsactio.l.ubi.& C.de condictio.ob cām.l. ex lege.Accursius.

d ¶ Amiserit.] pēr sententiam:quod iustum fuit.uel dic quia liti renuntiauit.uel dic quod res petita,sine dolo &culpa in rerum natura esse desinit:ut §.iudi.sol.l.si seruus.

e ¶ Nihil.§ cum procurator habuerit mandatum.

f ¶ Ratam rem.§ quam interposuit procurator uerus : alias aliud erit:ut §.eo.l.procurator.§. j. & nota , quod hic succubuit dominus: superiori.proxi. obtinuit:& in hoc differunt.

g ¶ Si procurator.§ & si uerus ab initio fuerit procurator , potest tamen non habere ratum cum mādatum morte expirauit: ut §.de acquirenda possē.l.fundi.in fi.

h ¶ Eius.§ scilicet legatarij.

i ¶ Sine iudice.§ idem si cum iudice:ut §.eo.si commissa.§.fi.

k ¶ Soluta legata.§ ignorante hærede de morte.

l ¶ Hæres.§ scilicet legatarij.

m ¶ Vtique.§ aliàs utiq; , aliàs itaq;.& tūc forma:quia generaliter uerum est dominō nō habente ratum stipu. committi : itaq; & in hoc casu,&c.si debita fuerint legata , &c.nam tunc præcipuè committit.

n ¶ Non dubiè.§ Idem si non sunt debita ut §. proxi.diximus. Acc.

o ¶ Si in stipulatione.] Agebas contra me nomine Lucij,& promisti eum ratum habiturum: de hæredibus autem eius si ratum nō haberent, no luisti teneri:& ego cōsensi,ut tantū de Lucio teneareris sci licet si ratā ipse non haberet.certe nō poterit agi pro dolo tuo.licet hæredes non habeant ratum, cum nullum dolum commiseris. nam consensi : & dolus uolenti non infertur. si autem fuisti in dolo, ut pote promisisti Lucium Titium tantum ratum habiturum , & suasisti mihi imprudēti, quod per ista uerba contineretur persona hæredis : tunc agam pro hoc dolo : ut dicit hic. quod intelligitur si promiseras dolum non committere:& postea promisisti prædicto modo. nam tunc ex stipulatu. uel dic quod non promiseras specialiter. nam & tūc si posteà hæredes non habeant ratum: agam ex stipulatu. & si excipias quòd fuerit personale pactum:replicabo de dolo , & sic competit actio. id est replicatio secundum hæc : uel actio replicatione munita . sed prima placet, quia dicit hic doli clausula.& facit §. de pac. lege , iurisgentium. §. pactorum.& §. de probat.l.si pactum.

† Nota,istū tex. ad hoc propositū , ꝙ clausula doli subiecta in stipulatione refert ad incognita,& ad omissa. & tex. iste hoc optimè probat Bolog.

† Du. propter.

p ¶ Hæredis.§ in hoc consentiebant ne teneretur promissor: ut faceret hæredes habere ratum.Accursius.

q ¶ Difficile est. § id est impossibile: quia

mali clausulam committi. Sanè† cum per imprudentiam ꝓ hæ per sonæ omittantur, actio ex doli clausula competit.

¶ *Si dominus petat id , quod petere non poterat,si ille qui cavit,fuisset uerus procurator,committitur hæc stipulatio. Paulus de Castro.*

¶ Si procurator[s] iudiciū de hæreditate[t] ediderit, deinde dñs fundū ex ea hæreditate petierit, stipulatio ratam rem haberi committetur:quia si uerus procurator fuisset,exceptio rei iudicatę dñm submoueret.[x] Plerunq;[y] aūt stipulatio ratam rem haberi, iis casibus committitur, quibus si uerus ꝓcurator egisset, domino aut ipso iure,[z] aut † per exceptionem actio inutilis esset.

¶ *Mutatione personæ extinguitur cautio rem ratam haberi : & in stipulatione sunt comprehēdendæ personæ ad quas uerisimiliter iudicium debet transire. Bart.*

¶ Qui patris[a] noīe iniuriarū[b] agit ob eam[c] rem, ꝙ filius eius uerberatus[d] pulsatusve sit, ī stipulatione cogendus est filij quoq; personam comprehēdere:præsertim cū[e] fieri possit, ut pater antè decedat, q̄ scierit procuratorem suum egisse: & ita iniuriarū actio nullus dolus fuit commissus hoc casu inter scientes,& cōsentientes: ut C.de tranſact.l.cum donationis.

† Nota,istū tex. ad hoc propositū , ꝙ clausula doli subiecta in stipulatione refert ad incognita,& ad omissa. & tex. iste hoc optimè probat Bolog.

† Du. propter.

r ¶ Per imprudentiam. § stipulatoris promittentę & dolum committere.

s ¶ Si procurator. § fallus vel ad alia constitutus.

t ¶ De hæreditate.] agendo petitione hęreditatis.

v ¶ Petierit. § ex eadem causa,scilicet hæreditatis,aliàs contra: ut C.de euict.lege prima.

x ¶ Submoueret.§ ut supra de except. rei iudi.l.Iulianus. & l.si ꝙs cum totum.in fin.

y ¶ Plerunque.§ id est in omnibus casibus. H. Vel id est pluribus quoq; casibus. Ir. Vel secundū R. die quod plerunque ideo dicit,quia committitur interdum ubi domino inutilis est actio,etiā absque omni ratihabitione cum falsus procurator egit:ut supra, R.& intellexit quando indebitū nomine meo exegit per iudi.ut supra,§.quod si procurator.

z ¶ Iure.§ ut quia ei solutum fit,cum de hoc habuerit mandatū : ut §.de fidei.l.hoc iure.& quod subiecit exceptio.scilicet rei iudi.

a ¶ Qui patris. § fupple procurator qui &c.secūdum R.uolens deducere in iudicium & filij & patris iniuriam.

b ¶ Iniuriarum.§ prętoria , non Corneliana:ut infra,de iniur.lege , lex Cornelia.§.illud.Azo. licet ex casibus illis quibus nascitur Cornelia ut hic erat.

c ¶ Ob eam.§ id est propter iniuriam filij & patris.

d ¶ Verberatus.] hæc uerba expone ut infra de iniur.l. lex Corne. §.inter pulsationem.

e ¶ Filij quoque.] id est de rato filij quoq;:non solū patris:qui filius similiter suo nomine agere potest ex l. Cornel.ut d.§.illud.sed uidē tur aliter:ut §.de ꝓcu.l.nō solū.§. fi pater. quę est contra.Sol. aliud in ipso patre,cui pla lex defert actionē: ut ibi,aliud in eo qui ꝓcurato rio nomine agit: ut hic. Vel secundum Py. & Ir.possimus dicere, ꝙ agebat nomine patris actione iniur.ex l. Cornel.de iniuriis:q̄ nō co peretur patri:ut §.de iniur.l.lex Cornel.§.illud.nā si de prętoria uelles intelligere,non esset necessaria satisdatio nomine filij:ut in contrario,cum pater eam habeat iure proprio,& si iniuria fit facta filio uolente:ut §.de iniur.l.j.§. usque adeo. Sed tunc ad quid caueret patrē rem ratam habiturum?ut hic dicit. prima uertor est.

Patri agenti actione iniuriarum pro iniuria filio suo illata , quæ actio competit.

f ¶ Præsertim cum.§ id est maximè: quod ideo dicit,quia si sciret ante,

Universidad de Deusto
Biblioteca

antè, quàm decederet, & ratum non haberet, similiter ad filium rediret: ꝙ si ratum haberet pater, filij actio extincta esset. Azo. cum eius exercitium competat patri ut S. de iniur. l. patri. Azo.

a ¶ Ad filium. ʒ quantum ad exercitium quod patri eiusque procuratori competit. sed & ipsi filio datur ff. de iniur. l. sed si unius. §. filio. & §. procuratorem & lege j. §. fina. & lege, lex Cornelia. §. illud.

b ¶ Nepoti. ʒ existenti in potestate aui. Accursius.

c ¶ Nepotis. ʒ Sed nõne sufficit, si hic procurator cauet eum ad quẽ res pertinet rẽ ratam habituũ? Respon. non: quia his uerbis hæredes continentur: ut S. de ædil. edi. l. sciendum. §. deinde. hic autẽ agit, etsi non sit hæres: ut ff. de iniuri. l. sed si unius. §. fi. Accursius.

d ¶ Patrem. ʒ id est auum.

e ¶ Filium. ʒ patrem scilicet nepotis.

Procurator. ʒ CASVS. Procurator agens nomine mo pro te promisit tibi amplius non peti. uidetur sensisse de me, & meis hæredibus. Fran.

f ¶ Acceptum. ʒ cum isto procuratore qui satisdedit amplius nõ peti. quę uerba expone ut supra l. amplius nõ peti & fortè quãdo interfuit hic aliusiam finitum erat iudiciũ cum primo absolutione uel condemnatione.

g ¶ Procuratoriis. ut non habens mandatum: ut S. de probat. l. in exceptione. §. fi. Sed quid si est coniuncta persona quæ nõ potest repelli? Respon. idem ut S. iudi. sol. l. iij. §. j. Accursius.

h ¶ Nũ. ʒ id est an. Ac.

i ¶ Pertinebit. ʒ ad quod supra de procur. l. nõ solũ. §. qui alieno. sed an ad impedia tantum: licut & supra, eodem. l. si fine. §. cum autem? Respondeo non. a liud est enim in persona falsi procuratoris, cuius persona non continetur in stipul. remota habenti: ut hic. aliud in domino cuius persona. in stipul. cõtinetur. Azo. licet nec dominus agere potuerit ut ibi.

k ¶ Intelligendus est. ʒ ergo de eius ratihabitione cautum non est.

Onorum. ʒ CASVS. Bonorum pos. mihi delatam quidam apprehendit nomine meo. dicitur ꝙ debeo ratam habere istam apprehensionẽ intra tempus, quo possem eam peteremec nocet. si tempore quo habeo ratum, ille qui apprehenderat, sit actus furiosus, uel sit mortuus. uel pœnituerit. Franciscus.

l ¶ Ab alio. ʒ id est nomine eius de ea re fuerat petitio.

m ¶ Peti possit. ʒ alias committitur stipulatio: ut infrà eodem, lege fina. §. finali.

n ¶ Non potest. ʒ Not. non trahitur hic retro ratihabitio ut hic, & ff. quis or. in bo. pos. ſerue. l. fi. & de bono. poſſ. l. iij. §. acquirere. sic & supra, de iis qui no. insa. l. quid ergo & infrà eo. l. fi. in fin. Sed arg. contra C. ad Ma cedo l. fi. & l. fi filius. & §. de solu. cum mihi decem. §. j.

Item facit ff. supra, de acquir. hæred. l. Pãonius. & l. fiquis alicui. & ad Trebel. l. seruo unuito. circa prine.

o ¶ Qui. ʒ Procurator. Accursius.

ad filiũ redeat. Sed etsi nepoti iniuria facta fuerit, & procurator aui propter hanc causam iniuriarum agat, non solùm filij, sed etiã nepotis pſona comprehendenda erit ī stipulatione. Quid enim prohibet & patrem & filium antè, quàm scierint, procuratorem egisse, decedere? quo casu iniquũ est fideiussores nõ teneri, nepote iniuriarum agente.

¶ Factum falsi procuratoris nõ facit committi stipulationem de rato ab alio interpositam. Bartolus.

¶ Idem. LEX XXIII.

PRocurator cum peteret pecuniam, satisfecit amplius non peti. post iudicium acceptũ extitit qui & ipse procuratorio nomine eandem pecuniam peteret. quæsitum est, cum is ꝙ postea peteret, procurator non esset, & propter hoc exceptionibus procuratoriis excludi possit: nũ fideiussores procuratoris prioris tenerẽt. Iulianus respondi. Verius est non obligari fideiussores. nam in stipulatione cauetur non petiturum cũ. cuius de ea re actio, petitio, persecutio sit: & ratum habituros omnes ad quos ea res pertinebit. is aũt qui procurator nõ est, nec actionem nec petitionem habere intelligendus est.

¶ Si superuenit defectus ex parte ratum habẽtis, ratihabitio impeditur: secus si ex parte gerentis. Bartolus.

¶ Africanus. LEX XXIIII.

BOnorum possessionem ab alio agnitam, ratã haberi oportet eo tẽpore, quo adhuc in ea causa sit ut peti possit: itaq; post centesimum diẽ rata haberi non potest. ¶ An aũt & si mor

p ¶ Videamus. ʒ uerè uidendũ est. quia sunt quidã, qui uolunt dicere non posse haberi ratum, quasi perinde habendum ac si nõ mandaret.

q ¶ His casibus. ʒ scilicet tempore transacto, uel eo mortuo, uel furente.

r ¶ consequens est. ʒ scilicet ei quod dicitur me non posse petere, si cœperit furere.

s ¶ Neutram. ʒ siue mortuus sit is qui petit, siue pœnituit post eã se petiisse, siue furiosus factus sit. dum tamen intra tempus posit à domino ratũ haberi.

t ¶ Ratihabitione. ʒ aliter eo mortuo cuius nomine petita est, ut suprà eodem, si is. ex prædictis patet secundum R. quòd aliud est si habeam ratum eo tempore, quo non possem petere. ut in princip. legis, aliud est si tunc eum meorum nego. gestor non posset petere. & facit suprà, de usuca. lege. nunquam. §. si seruus. & de bono. possef. lege pẽultima. §. finali. Accursius.

Ater. ʒ CASVS. Pater soluto matrimonio petebat sibi reddi dotem à marito quondam filiæ, & filia erat absens, & pater promisit quòd filia habebitratũ: antequàm habeat ratum, decesit filia. dicitur, quòd non committitur stipulatio.

¶ Procurator. ʒ Venditor meus tenebatur mihi redhibit. intra sex menses. quidam nomine meo egit, & exegit, & satisfecit quòd ego haberem ratum, ego non habui ratum, nisi post sex menses quando iam debitor liberatus erat tempore. quæritur an committatur stipulatio de rato ad repetendum, quod erat solutum procuratori? Et dicitur quòd sic. si autem stipulatio nõ in seruenisset: tunc tenebitur procurator condict. ob causam, uel indebiti, uel sine causa ad reddendũ retrò quod accepit. Franciscus Accursius.

v ¶ Eam. ʒ filiam absentem.

x ¶ Dotem restitui. ʒ sibi marito à patre, cum eandẽ sit restituturus patri. unde dolo facit &c. aut suprà de except. doli. l. dolo. uel dic restitui, scilicet alij quàm patri.

y ¶ Mortua. ʒ non distinguitur liberos habeat uel non. & sic est pro Bul. & Ioan. contra Mar. cuius tamen sententia seruatur hodie. & facit suprà soluto matrimonio. lege sequẽda, & de solut. lege. q. hominẽ. §. si gener. & de iure do. lege, iure succursum. & C. solut. matrimonio. lege, dos à patre.

z ¶ Agere.] ex stipulatu ut pecuniam restituat. non ergo trahitur retrò ratihabitio: ut suprà eodem. l. bonorum. & sic est contra. suprà de solut. l. cum mihi decem. §. si fideiussor. Solu. ut ibi.

a ¶ Condictio. ʒ scilicet ob causam datorum uel indebiti. uel sine causa: uel etiam furtiua: ut nota. suprà eodem lege, si fine. in principio. & nota ʒ hic argumen. ꝙ qui tutus est exceptio. triginta an. si solus repetere potest: ut argu. supra de administratione tutor. si pupillus.

De priuatis.

¶ Esse, non é apud Du.

† Ratihabitio nõ sem per retrotrahitur.

ʒ Idem gl. pro sing. ibi. gnabis ad hoc ꝙ tua exceptio præscriptionis si soluit põ solutum repetere. i cõtrariũ facit. qa hæc exceptio est odiosa. sm Bar. hic. & Bal. in l. fi. C. de edict. diui Had. tol. in 16. oppos. & Bal. in l. fi. C. de annal. excep. Bolog.

¶ DE PRIVATIS DELICTIS

Post obligationes ex contractibus ponit delicta.

Iulis. CASVS. Regula ciuilis est, ut ex delictis defunctorũ pœnales actiones non dentur in hæredes, seu cæteros successores, hinc est, quòd actio furti non datur in hæredes furis. Secundò dicit, ꝙ actio ad exhibẽdum datur in hæredem si ue possideat rem siue dolo desijt possidere. Itẽ & rei vendicatio. Item condictio furti datur in hæredem. Tertiò dicit, quòd actio furti, item actio legis Aquil. ut actio iniuriarum non datur hæredi. Quarto dicit, Si seruus meus fecit tibi furtum, vel dedit tibi damnum, vel rapuit tibi rem, hæ actiones quæ oriuntur ex prædictis delictis, sequuntur seruum. hinc est, si seruus desinat interim esse meus, & efficitur alterius, tenebitur nouus dominus, & nõ ego. Franciscus.

a Ciuilis. ʒ nec minus hoc natura dictat, & est hæc constitutio institut. de perpet. acti. §. non autem.

b Actionibus. ʒ ex delictis venientibus, secus si ex contractu: ut supra, de nau. fœn. l. fin. Item ex contractu intellige delictum: ut supra de actio. & obligatio. l. ex contractibus. & de his not. C. ne ex delic. defunct. l. j. Accur.

c Possunt. ʒ ex pſona defuncti, sed ex sua contractatione sic.

d Eos. ʒ scilicet successores prædictos: & quod dicit infra, condictio. scilicet furtiua. siue ad eos peruenerit, siue non: ut supra, de cõdict. fur. lege, si pro fure. §. finali. & lege, ex causa. & institu. de ob. ex delic. §. fina.

e Constat. ʒ ut in stitu. de perpe. ac. §. primo. Accursius.

f Non competit. ʒ quia non intelligitur ante in bonis nostris esse, quàm litem contestati fuerimus: ut infra, de iniur. lege, iniuriarum. §. ij. Accursius.

g Ciuiles. ʒ ut actio. l. Aquil. & fur. non manifesti.

h ¶ Honorariæ. ʒ ut actio vi bo. rap. & act. fur. ma. vt institu. de noxa. §. sunt autem. & facit. S. de ijs qui deie. vel effu. l. j. §. cum seruus. & infra, arbo. fur. cæſ. furtum. § penul.

Vnquam. ʒ Ponit regulam quam approbat per octo exempla regula est, quòd si plura delicta fiant in unam eandem rem, & agitur ex uno delicto, non tolluntur acti. ex aliis delictis ortæ. Primũ exemplum est, si seruum meum furripuisti & occidisti. pro furto agam furti, quia occidisti agã Aquiliæ nec una earum tollitur per aliã. postea ponit alia exempla: quæ omnia plana sunt. Franc.

i Concurrentia. ʒ etiam in eundem hominem & eandem rem, ex diuersis tamen factis: & sunt exempla octo huius regulæ in ista lege.

k Ob aliud. ʒ id est ob satisdationem pro altero delicto factam. sed

¶ DIGESTORVM, seu Pandectarum.

LIBRO XLVII.



De priuatis delictis.

TITVLVS I.

¶ Hæc lex diuiditur in tres partes principales. Primo, loquitur quando actio ex delicto transit contra hæredes. Secundo, quando trãsit ad hæredes. Tertio, quando transit contra eundem mutatione conditionis. Secunda ibi, Hæredem tertia ibi, Non tantum. Prima pars subdiuiditur in duas partes. primo loquitur de actio ne pœnali. secundo, de persecutoria. Secũda ibi, Sed quamuis, Bar.

Vlpianus. LEX I.



Iulis cõsti tutio est, pœnalib. actionibus hæredes nõ teneri, nec cæteros quidem successores. Idcirco nec furti conueniri possunt. Sed quãuis furti actione non teneantur, attñ ad exhibẽdum actione eos teneri oportet, si possideant, aut dolo malo fecerint, quo minus possideãt, Sed enim & vendicatione tenebuntur re exhibita. Item condictio aduersus eos competit. ¶ Hæredum autem furti agere posse, æquè cõstat. Execution enim quorundã delictorũ, hæredibus est data. Itaq; & legis Aquliæ actionem hæres habet: sed iniuriarum actio hæredi non competit.

Non tantum in furti, verũetiam in cæteris actionibus quæ ex delictis oriuntur, siue ciuiles sint, siue honorariæ: hoc placet vt noxa caput sequatur.

¶ Glo dividit hanc in duas partes, sed Bar. in quatuor. Primo ponit regulam, Secundo probat eam quatuor modis uel exemplis. Tertio format unam quæstionẽ circa prædicta. Quarto redit ad regulam, & eam probat tribus aliis exemplis Secũda ibi, Qui ergo hominem. Tertiæ ibi, Item quæsitum. Quarta ibi, Item si quis. Barto.

Idem. LEX II.

NVnquam plura delicta concurrentia faciunt, vt vllius impunitas detur. Neque eũ delictum ob aliud delictum minuit pœnam. Qui ergo hominem furripuerit, & occiderit, quia furripuit, furti: quia occidit, Aquilia tenetur: neque altera harum actionum alteram consumit. Idem dicendum est, si rapuit & occidit: nam & Vi bonorum raptorum, & Aquilia tenebitur. ¶ Item si quis furreptum flagellõ ceciderit, duabus actionibus tenetur: furti, & iniuriarum: & si fortè hunc eundem occiderit, tribus actionibus tenebitur. ¶ Itẽ q̃sitũ ẽ, si cõdictus q̃ fuerit ex cã furtiua, an nihilominus ex lege Aqlia agi possit? Et scripsit Põponius agi posse: qa alterius æstimationis est legis Aqliæ actio: alterius condictio ex cã furtiua. Namque Aquilia eam æstimationem complectitur, quãti eo anno plurimi fuerit: condictio autẽ ex causa furtiua non egredit retrorsum iudicii accipiẽdi tẽpus. Sed si seruus sit, qui hæc admisit, ex quacũq; actione noxę deditus fuerit, perẽpta est altera actio.

Item si quis ancillam alienam

libro 43. ad Sabi.

Hic vers. parenthesi inclusus in P.F. collocatus est ante ver. item si qs seruũ. qui est vlti. versũ. huius capit. apud Du. est positus añ vers. Item si qs ancillam.

Itẽ, nõ est apud Du.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Vtraque. ¶ Supra dicta furti, & iniuriarum.
b ¶ Nam & serui. ¶ à simili. Et est septimum exemplum quando subtrahendo corrupi seruum: vt hic, & ¶. de ser. cor. l. Neratius. §. fi.
c ¶ Item siquis. ¶ Octauum exemplum.

I quis. ¶ CASVS Ex delictis priuatis oriuntur duæ viæ agendi. Scilicet ciuiliter item criminaliter. Ciuiliter quando ad bursam meam ago, nec debeo subscribere. & pone exemplum in act. furti, quæ datur ad duplũ vel quadruplum. Criminaliter, quãdo ago vt puniatur ex furto extra ordinem, nõ vt mihi aliquid detur: & tunc debeo subscribere. Franc.

libr. 8. de off. procon.

d ¶ Ex maleficiis. ¶ priuatis: de quibus hic liber tractat: puta furti: vt infra, titul. j. lege prima, & iniuriarum: vt infra, de iniur. lege fin. & institura, de iniur. §. in summa. & idẽ in similibus: vt infra, de extraordi. cri. l. stellionatus. sed de furto ad noctурnum videtur restringi hæc lex, vt infra, de furt. Bald. l. j. & ij.

e ¶ Ordinarium. ¶ qđ erat secundum legem istam de formulis & aucupationibus syllabarum, quod hodie est sublatum: vt C. de form. mu. lege j. & ij. Vel ordinarium intellige pena ordinaria. vt dupli. sed hoc qualiter in actione iniuriarum & aliis delictis, in quibus nec pecuniaria pœna certa est, intelligimus? Respon. ad arbitrium iudicis: vt institu. de iniuri. §. pœna. vbi dicit de arbitrio iudicis deferendo iuramentum cum taxatione super actione iniuriarum.

f Pœnam. ¶ id est accusationem vt pœna imponatur. Et not. quòd primo casu agit, vt sibi habeat hoc. Secundo ad vindictam, non vt aliquid sibi habeat. De subscriptione autem accipe: vt infra, de accusa. l. libello rum, dices. Item & not. quòd vna non tollitur per aliam: vt C. quando ciui. act. lege j. nisi interim: vt infra vi bono. rap. l. ij. §. j. Sed nunquid etiam extranei admittuntur ad huiusmodi accusationem de priuatis delictis, cùm criminalis sit? Respon. nõ: quia priuata est: vt ¶. de publi. iudi. l. j. j. respon. Nunquid damno dato i vbi locum habet Aquil. habet locum accusatio criminalis priuata. publica enim causa quandoque habet locum: vt institu. ad legem Aquil. §. liberum. & infra, de iniur. prætor. §. j. Item an pro rapina habeat locum accusatio priuata? de publica constat: vt infra, ad leg. Iul. de vi. publi. & priua. per ambos citus, quidam non, sed ex generalitate huius legis in omnibus habero videtur.

¶ DE FVRTIS.

¶ Dixit supra de priuatis delictis in genere, sequitur videre in specie. Sed quia delictum furti frequentius committitur: ideo de furtis præmittit.

FVrtum. ¶ Diuiditur hæc lex in tres partes. Primò dicit, vnde dicatur furtum. Secundo dicit, quod sola cogitatione furti faciendi non fit furtum. Tertiò dicit, quid sit furtum Franc.

furripuerit, & flagitauerit, vtraque actione tenebitur. nam & serui b corrupti agi poterit, & furti.

¶ Item siquis c seruum vulnerauerit, quem furripuerat, æquè duæ actiones locum habebunt, Aquiliæ, & furti.

¶ *Agens ciuiliter de crimine se non tenetur inscribere, secus autem si accusset. Ange.*

¶ Idem.

LEX III.

SIquis actiones quæ ex maleficiis d oriuntur, velit exequi, si quidem pecuniariter agere velit, ad ius ordinarium e remittendus erit: nec cogendus erit in crimẽ subscribere. ¶ Enimuero si extra ordinem eius rei pœnam ¶ exercere velit, tunc subscribere eum in crimen oportebit.

De furtis.

TITVLVS II.

¶ *Ponit tres deriuationes furti. Prima est a tempore. Secunda ab animo. Tertia ab actu corporeo. Bar.*

¶ Paulus libro xxxix. ad edictum.

LEX I.

Vite à centurionib. cædebantur milites ibidem.
Vinentis de hęreditate ſolicitus eſſe nemo debet. 1498. 18.
Viuẽtis loco ponitur nemo de iure cãlonico. 1566. 43.
Viuos exuri ſacrilegos. lege. vj. ad legem Iul. pecula. col. 1366.
Vix eſt id eſt nullo modo eſt. col. 30.
¶ Vlpianus prophetizat. col. 2. lin. 70.
Vlpiani origo. l. j. in prin. de cenſi. 1625. in text
Vltima mora nocet. l. prætor ait. §. ſi aliquãdo. de no. ope. nun. 28. in ſumma.
Vltio nõ remittitur crimine enormi. l. Caij. de fideicom. liber. 243.
¶ Vniuerſi conſentire nequeunt. l. j. §. ſi. de acqui. poſ. 373.
Vniuerſitas cum ea quędam alienãtur. 362. 85.
Vniuerſitas citari debet in ꝑſilio. 1730. in mar.
Vniuerſitas fundi, non ſingulæ partes poſſidẽtur. in verbo, Fundus.
Vnus tantum familiam conſtituit. in verbo, Familiam.
Vnum non ſufficit, ſi plura requiruntur. in verbo, Duo.
Vnius teſtimonio non credendum. l. maritus. 1397. in text.
¶ Voluiſſe præſumitur ſcribens quod ſcriptũ inuenitur. in verbo, Scriptum.
Velle ſemel ſufficit, & non poſſe pœnitere. colum. 112. lin. 35.
Voluiſſe ſemel ſat eſt. l. in diem. de aqua pluuia. 112. 35. & gl. fi. l. iiij. de di. & tempo. prę. l. j. §. prodeſt autẽ. in fi. quorum lega. 580. in text.
Volenti non fit iniuria. l. j. §. vſque adeò. de iniur. 1219.
Voluntas coacta, voluntas eſt. col. 1183. 49.
Voluntas errantis nulla eſt. l. ſed hoc. de aqua plu. 121.
Voluntas & propoſitum maleficia diſtinguũt. l. qui iniuriæ. de fur. 1171. in text.
Voluntas non finitur morte ſauore liqertatis. 187. in mar.
Nihil tam conueniẽs naturali æquitati, quam voluntatem domini volentis rẽ ſuam in alterum trãſferri, ratam haberi. l. qua ratione. §. hęc quoque. de acqui. re. do. 338.
Voluntas defuncti ſtudioſè exequi debet. in verbo, Defuncti.
Voluntas non ſemper ſeruanda. in verbo, Defuncti.
Voluntatis expreſſæ, & eius quæ ineſt, diuerſa cauſa eſt. l. eum qui certarũ. §. porrò. de ver. obli. 919.
Voluntatẽ important verba quædam: vt, ſi ędificauero. i. ędificare voluero. 595. §. idem.
Voluntarius nemo videtur, vt bona diſſipent. l. ij. de cura. bo. dan. 551. 3.
Voluntarium exilium. 1410. in mar.
¶ Vrbs. i. Roma. 1296. 33.
Pertinet ad decus vrbium, ædificia non derelinqui imperfecta. l. prætor. §. hoc interdictũ. de no. ope. nunt. 28.
¶ Viſitatum. §. idem. 1446.
Vſucapere pro hærede, quis dicitur. 469. 12.
Vſucapio an habeat locum in emptione cõditionali, in qua pendente cõditione traditio fit. 470. 50.
Vſucapi poſſunt pecorũ fœtus. §. fructus. 414.
Vſucapio. in vſucapionibus nõ à momẽto ad momentum, ſed totum diem poſtremũ cõputamus. l. in vſucapionibus. de vſuca. 420.
Vſucapio & preſcriptio, differunt. 413. 65.
Vſucapio nõ vſucapio ſcribi debet. 412. ĩ mar.
Vſucapio pro hærede vt locum habeat, quid requi-

Universidad de Deusto
Biblioteca


Tabula materiarum. ff. Noui.

requiratur. 160.4
Vsucapio quare inducta. 472.57
Vsucapionis & possessionis causa separata. l. ij. §. separata. pro empto. 448
Vsuræ non currunt, si non stetit per debitorē quominus solueret. 901. in marg.
Vsuræ sex isses id est, maiores. 1078.1
Vsurarum cursus odiosus. 857.16
Vsura vsuram non parit. 1009.83
Vsurarum nomē dulce. l. ait prætor. §. si fraudator. quæ in frau. credi. 560.84
Vsusfructus est indiuisibilis, licet vtilitas eius diuidi possit. 949.65
Vsusfructus non possidetur, sed tenetur. in verbo, Tenetur.
Vsusfructus non potest constitui duobus insolidum in eadem re. 931. in margi.
¶ Vt, dictio variè sumitur. 574.6
Vt ponitur electiuè. 679.2
Vtensilia. 1571.80
Vti id est, postquàm. 899.11
Vtimur hoc iure. l. Stichū. §. si Stichus. de Stat. lib. 284. in text.
Vtilis id est, efficax. 943.37
Vtilis actio. 802.65
Vtilis actio quandoque id est, efficax. 843.37
Vtile id est, efficax. 69.6. & 630.4
Vtile per inutile, an & quando vitiatur. 939. in margine.
Vtile per inutile non vitiatur. l. j. §. sed si. de verborum oblig. 814. in summa.
Vtile per inutile quandoque vitiatur. 958.20.
Vtili cedit inutile. 323.38.
Vtilitas publica priuatæ præfertur. 16.26.
Vtilitas si est eadem, idem ius statuitur. in verbo, Ratio.
Vulgaris interpretatio sequenda. 1663. in mar.
Vulgaris vxor. 1308. §. sed & in ead.
Vulneratus censetur mortuus à die illati vulneris, si moriatur. 507. in marg.
Vulua mulieris habere potest quinque loculamenta. l. si pater. de solu. col. 1209.
Vxorem à marito probatam alius turbare nō debet. l. constante. de adult. 1318. in text.
Pudicitiam ab vxore virum exigere, quā ip se non exhibeat, iniquum est. l. si vxor. §. iudex de adulte.
Non soli Atridæ vxores amāt. 1309. l. si vxor. de adult. 1308.
Vxores à viris defendi, non cōtra. æquum est. l. quod si. de iniur. 1220.
Vxor iusta, & iniusta, quæstio. 1308. l. si vxor. §. planè.
Vxor quas operas debet marito. 263. in marg.
Vxor vulgaris. 1308. §. sed & in ea.
Vxor vacans. in verbo, Vacans.
X
Xenoparochi. 1584. in margine.
Y
Ydoneum. 98. in text.
Ydoneo. 1687. in marg.
Ydoneo col. 638. in tex.
Ydoneum. col. 638.

FINIS.

Registrum.

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t v x y z.
A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.
A A B B C C D D E E F F G G H H I I K K L L.
Omnes sunt quaterniones, præter HH, II, & LL. terniones.



Universidad de Deusto
Biblioteca

NOVISSIMA,

ET ADMODVM FRVGIFERA

EXCEPTIONVM ARBOR EDITA

per disertum virum Petrum Rebuffi de monte Pesulano,
Iuris vtriusq; Doctorem, & supremæ curiæ
Parisiensis aduocatum,

Et ab authore iam recens recognita, atque emendata.

QVIA omnis de aliqua re institutio debet a definitione proficisci, iuxta illud quod scripsit tuba Romani eloquij Cicero, (qui hoc modo appellatur per gl. in l j. de stud. liber. vrb. Rodi. xj. C.) primo offici. lib. & refert Bald. in proœ. feudo. col. iij. in fi. cum sequen. per tex. & ibi Bald. in l. j. ff. de iustitia & iu. & l. j ff. si certum peta. & Barbar. in rub. huius titul. in clem. in princ. & in rubr. de rescript. col. j. & de cõst. col. ij. & in rub. de postulat. prælat. colum. ij. & Pert. de fer. in prac. in forma positionum actoris. in ver. postquã, & Troilus Maluitius in tractatu de oblationib. in primo dubio. docto. in l. j. ff. de acq. pos. Bonus de curtili in tractatu nobilitatis, in secunda parte, & doc. in l. j. per illum tex. ff. de test. & l. j. ff. de tutelis. nam definitio est omnino substantia cuiuscũq; significantis ẽm Barba. in ru. de re. iu. in clem. Videamus ergo quid sit exceptio. Secundo quo iure inuenta sit. Tertio ad arboris declarationẽ accedamus. Ad primũ igitur veniendo, cũ materia exceptionũ sit multũ necessaria, per tex. in §. alioquin. inst. eo. & in auth. de restit. & ea, quæ parit in vndecimo mense. col. iiij. post principiũ ibi, & in quadã exceptione. necessaria, & frequens, & in iudiciis uersa illis: & ideo amplectẽda. l. legaui. ff. de lib. lega. cum similib. & definitio est multũ periculosa. l. omnis definitio. ff. de re. iu. tamẽ per illas definitiones nihil mutatur in re nec ex eis obolũ lucraberis secundum Io. Fabrum in §. ex non scripto. co. ij. inst. de iure naturali.

1 Igitur sic definitur exceptio per aliquos doctores. Exceptio est ius reo competens ad elidendã, excludendamve actoris intentionẽ. & hæc definitio cõprehẽdit dilatorias, & peremptorias: vt tenet domi. Ant. de Tremolis. in addit. ad pract. de Bonacurso. in prin. Ego vero insequor definitionẽ iurisconsulti (quia non possum inuenire meliorẽ) positã in l. ij. ff. e. Exceptio est actionis, vel intentionis exclusio. Hãc posuerũt fere omnes summistæ, Goff. Azo. Host. & alij. & Barb. in rubr. huius tit. in clemen. licet Ang. in rub. inst. eo. c. mihi. iij. versi. Capiamus. primũ tenet quod nõ est definitio, sed allusio: at ego. intra meo exce. plenius tradidi vbi dixi standum esse verbis iurisconsulti, siue sit allusio, siue definitio. & cõmuniter tenetur q̃ sit definitio: & latius declarabitur in j. diuisione, infra. Not. tamen q̃ exceptio duob. modis sumitur: large, & stricte seu proprie. Largè pro omni defensione, exclusione, & replicatione: vt tenet gl. in l. ij. ff. e. nã replicatio excludit, ergo exceptio large nũcupatur, per gl. in l. fi. C. de euen. l. iuris gentium. §. siue antẽ. ff. de pac. & l. nã postea. in prin. ff. de iureiurã. Stricte, seu proprie capitur pro defensione, quæ reo competit cõtra actionem actori cõpetentem contra dictum reum: vt tenet gl. & doctor. in d. l. ij. & Host. in summa hui⁹ titu. § j. Ang. in rub. eiusdem tit. inst. col. mihi. v. canonistæ. in rub. de excep. Azo. in summa. versi. est ante sciendum & gl. superius allegatæ, & ibi Doctores. Ad secũdum, quo iure fit inuenta, & vr̃ q̃ iure diuino in paradiso terrestri. nam Adã de inobedientia a domino reprehensus cur pomum vetitũ comedisset, actioni Dei exceptionem obiiciens. relationem criminis in vxorẽ vertit dicẽs. Quã mihi sociã dedisti, dedit mihi de ligno vitæ, & comedi. & Deus dixit ad mulierẽ: Quare hoc fecisti? quæ respondit: Serpens decipit me, & comedi. hæc habentur Genesis. iij. c. & in ca. serpẽs. de pœnitentia. distinctio. j. ita tenet Spec. in proœ. sui operis. versi. sane. Ang. in rub. huius tit. col. v. versi. veniamus ad secundum. Panor. tamen in d. ru. tenet quod est de iure naturali: quia est defensio, sed nihil allegat. Possimus allegare tex. in l. si quidem. ibi, nulla defensio. & l. defensiones. C. eo. c. cũ inter. ibi defensionis copia. e. tit. Sed defensio est de iure natu. text. in clemen. pastoralis. §. cæterũ. de reind. l. scientiam. §. qui cum alter. & ibi Flo. ff. ad l. Aquiliam. ergo & exceptio. Alij vt Bar. in Lex hoc iure ff. de iustitia & iure. & Ioan. Fabr. in princ. inst. de obligationibus eij. quod sit de iure ciuili tenet: quia est actionis exclusio dicta l. ii. eod. tit. ff. Sed actio est de iur. ciu. l. in commodato. §. ficut. ibi, actiones ciuiles ff. commoda. Ang. & Ias. in § j. inst. de actionibus. ergo &c. alias sequeretur absurdum, quod exceptio esset prius quã actio, & sic exclusio. Ego dicerem quòd exceptio, quę habet materiam de iure naturali, dicitur illo iure inuenta: & tunc dicitur habere materiã in hoc, ne innocens condemnetur, & indebite oprimatur. Nam hoc respicit defensionem, quæ est de iure naturali. per dictam clem. pastoralis. de re iu. ita tenet Deci. in d. rub. num. vj. ad hæc col. fi. de rescr. Si vero habet materiam præexistentem de iure ciuili: tunc est illo iure: vt exceptio præscriptionis non nume. pecu. & similes secundũ Decium vbi sup. Possunt tñ oẽs exceptiones dici de iure ciuili formalitate, & in modo, & ordine excipiendi, & se defendendi. Nam ius Ciuile non admittit omnes exceptiones passim, nec omni tempore, sed certo modo, & ordine: vt tenent Panor. & Deci. in dicta rubric. Socin. in rubric. ff. eo. Ciuilistæ in l. si quis. §. si is, proquo. ff. quod quisque iuris. Canonistæ in c. ex parte. secundo. de of. delega. Nec obstat quod dicebatur de iure diuino: quia ibi erat quædam defensio, quæ proprie non est exceptio per glossam singularem, & communiter approbatam in capitu. primo de litis contestatione. in vj. sed improprie sic vt respondet Feli. & Deci. in rubric. & in dicto capit. ex parte. Nec etiam obstat quod dicebat Pan. in dicta rubrica. allegãdo Cic. primo officiorum. ibi, primo generi &c. quia intelligitur de defensione actuali, seu manuali, ad quam natura omnia animalia inclinat, imo eis dedit certa instrumenta quibus ab aduersis se tuerentur: ut bobus cornua. l. j. §. cum arietes. ff. si quadrupes pauper. fec. dic. l. bouem. in principio ff. de ædi. edicto. ita Felinus & ibi in additio. ad eum in capitu. dilecti fil. j. eodem tit. & ideo conquæritur homo, quare natura eum nudum produxit ut haberet in Plinio in principio de naturali historia. & omnibus animantibus dedit instrumenta: vt supra dixi. Nec obstat, quod sit de iure ciuili: quia verum est inquantum excludit actionem, quę est de iure ciuili: vt supra probaui: & etiam respectu formę: sed reque est de iure ciuili: vt supra probaui: & etiam respectu formę: sed respectu intentionis de iure naturali: quia intentionis exclusio erat ante ius ciuile, sicut petitio erat ante actiones quæ manu regia expediebãtur. l. ij. in principio. ff. de origine iuris. Deci. vbi supra. Floria. in l. si seruus. numero vij. ff. ad l. Aquiliam. Effectus ex ista quęstione resultãtes, vide per Docto. in dicto c. ex parte.

2 Prima ergo erit diuisio, quòd quædam exceptiones sunt merę negationis, quædam actionis, seu iuris, quædam intentionis, vel facti. Negationis est, quando actio actori non competebat, nec competerat. ideo si actor agat, & aliquid petat, reus potest negare: & hæc non est proprie exceptio secundum Soci. in rubric. de excep. ff. & Alexan. in additio. ad Bartol. in l. prima ff. eo. glos. in l. nam postea. ff. de iurefu. rand. in principio. & c. secundo. de ordine cognitionum. & quia nil porrigit, ideo à reo non erit probanda: vt tenet Bald. in l. peremptorias. C. sentent. rescindi non posse numer. 36. & in l. si quidem. in principio C. eoten. rescindi non posse numer. 36. & in l. si quidem. in principio C. eodem. Largè tamen exceptio dici potest secundum Deci. in d. rubric. numero iij. vide Bartol. & alios. in l. si Titius. ff. de verborum obligationib. & l. si pluribus. ff. de lega. j. & l. quoties. §. si temporali. ff. de administ. tut. & hanc possuit primum: quia in ius vocati sunt faciles ad negãdum. l. Item si vnus. §. fi. ff. de arbitris. & prima responsio reorum est negatio vt ocularitèr videmus.

3 Aliæ sunt actiones, seu iuris, & sunt quæ actionem præsupponunt: vt si Titius decem mihi promisit metu, & ago: habeo actionem ex stipulatu: tamen Titius habet exceptionem metus, quæ excludit actionem ex stipulatu: ideo in definitione supra fuit dictum quòd est exclusio actionis per textum in d. l. secunda. & regulariter exceptiones in scriptis non opponuntur, sed satis est quòd in actis per notarium redigantur, & inscribantur: vt tenent Bartol. & alij in l. prima. ff. eod. tit. Florianus in lege in exceptionibus. ff. probationibus. lege prima notab. vltimo. ff. de edendo per Alexandrum, Decium in capitulo quoniam. numero 26. de probat. Aufrer. in decisionibus capellæ Tolosanę, quæstione 110. Antonius de Tremolis in additionibus ad practicam Vberti de Bona curso in rubrica de peremptorijs exceptionibus. in versic. & subtiliter & Lanfran. in repetitione dicti capituli, quoniam. in versicu. exceptiones. in fine. & Ange. col. mihi. 18. in rubrica. imo sufficit quòd proponatur facum ex quo resultet: exceptio licet non dicat Excipio, secundum Baldum in dicta lege prima nisi in exceptione recusationis, & excommunicationis, quæ in rescriptis debent proponi: vt tenet Philippus Francus in capitulo appellatio. de appellatio. in vj. & Felin. in rubric. vide quibus debemus dicere, Excipio, vel tamen Barba. allegantem text. in

Universidad de Deusto
Biblioteca

excipiendo dico in capitu. cum in causa. numero quarto. de officio delegati. quod intelligitur in doctis, secus in ignaris, quia sufficit factum narrare. vide textum in ca. delicti filij. prima de appellationibus. Et ista est proprie exceptio secundum Socinum vbi supra, & doctores in rubrica de exceptio. in decretalibus: per glossam in lege qui se debere. ff. de conditione causa da. & in lege, in rebus. C. de iure dotium & Alexand. in addition. ad Bartolum in dicta l. secunda. & licet excludat actionem, nō tollit restitutionem in integrum, per gl. singula. in lege in causæ secunda ff. de minoribus. secundum Ranen. in alphab. in versic. exceptio.

4 Item aliæ sunt intentionis, seu facti, quę actionem non competere adstruunt: vt si solutum tibi decem quæ debebam, sublata est actio instituendi, quibus modis tollitur obligatio. in principio. Si iterum petis. exceptiam, & excludam intentionem tuam: quia actionem non possum excludere, cum nulla sit, hoc declarant Paulus, & Iason. in lege Titia. ff. de verborum obligationib. Vel potest dici exceptio facti: quia sicut de facto agitur ita de facto exceptio gloss. Bartolus, & alij in dicta lege secunda & lege obligationem fere §. fi. ff. de actioni. & obligatio. Barba. in rubric. eiusdem tit. l. in cle. & doctor. in dicta rubric. in decreta. & Angel. collatio. mihi v. Lanfranc. in repeti. c. quoniam in versicu. exceptio nes. de probatio gloss Ias. & alij in dictis l. qui se debere. Anto. de Tremolis in additio. ad pract. de Bonacurso. in principio. & in rubrica de prætempto. exceptio. versi. animaduertat igitur. vbi ponit octo species exceptionis intentionis, quas vide per te, non pono hic: sed in tractatu de exceptio ponam, & alia ample ibi inseram. Alio tamen modo appellatur exceptio iuris vel facti, vt per Balan. in marga. in versicul. exceptio. in 28. quæst. & Panor. in capitu. pastoralis. numero 22. eodem titulo, & in hac potest iudex absolutorie tenu eo etiam non petente, cum sit in iudicio agens sine actione: vt tenet Bartol. & Pau. in dicta lege secunda licet Socin. ibi dicta rubric. aliter dicat: scilicet quod postquam ponit, est vera exceptio. Felin. Dec. & communiter. alii in dic. rubric. contrarium tenēt. & Legistæ vbi supra Bald. in lege peremptorias. C. senten. rescin. non posse. Et tamen de stylo curiæ parlamenti Tolo. quod licet reus sit paratus ad prædictas exceptiones probare, & se offerat, tenebitur tamen implere manum curiæ de tanto quantum petit actor: alias ad ipsas proponendas non admittitur: vt est modus loquendi, (que il garnisse la main, & amplisse la main de la court:) vt habetur in stylo parlamenti. in eodem titu. in §. de stylo, & ibi ratio ponitur: quia debitores malitiose & causa diffugij quandoque proponunt: vt res vel bona de quibus in continenti posset fieri satisfactio interim pendente dicta probatione posint elongare, vel consumere. ideo hic dolus non debet eis patrocinari. cap. sedes. & capit. ex tenore. de rescrip. & cap. ex literis. de dolo, & contumacia. cum similibus.

5 Secunda diuisio est quod quædam sunt ecclesiasticæ, seu spirituales, quædam mixtæ, & quædam seculares. Ecclesiasticę sunt, quę coram iudice ecclesiastico probari debent: & de his iudex laicus non se intromittit: vt si iudex laicus detinet clericum in suis carceribus. potest excipi: quod est clericus: & coram iudice ecclesiastico remittetur: & ibi dicta exceptio probabitur, per textum. in capit. si iudex laicus. de sententia excommunica. in vj. Miratur tamen d. Benedic. in repeti. capitu. Raynutius. in versicu. & vxorem. numero. ccccxl. de testa. quod in regno Francię non obseruetur. & Guido Papæ in suis decisio. quæstio. cxxviij. & do. Bart. de Cassa. in consuetudine Burg. in rubrica. (des iustices.) & do. Bart. de Cassa. in consuetudine Burg. in rubrica. (des iustices.) in §. quinto in glossa. (Sil nagrace.) numero lviij. cum seq. Et tales iudices hoc non obseruantes non sunt tuti in foro conscientiæ secundum eundem de Cassa. in rub. (des iustices.) versiculo: (& droictz dicelles.) in nu. xli. Nota tñ q̄d licet curia parlamenti de consuæ proprietate non déat cognoscere: tñ an vestis sit clericalis nec ne cognoscere pōt, q̄a hoc cognoscere nō est cognoscere de re spirituali. sed tpaliter cognoscit de pileo partito: & an vestis sit clericalis: & de caligis, & aliis vestibus, & indumentis: vt arresto fuit Parisijs decisum in q. p arresta. q. 42. & in stylo parlamenti in 4. par. arresto clxxxiiij. & clxxxvj. idem do. Barth. de Cassa. in consuetudine Burgun. in rubrica. (des iustices.) in §. 5. in gloss. (Sil na grace.) numero. lix. versic. decimo fallit. Idem in exceptione excommunicationis, per textum. in cap. corripiantur. ibi, Episcopale iudicium, 24. quęstion. iij. & Specu. in titul. de competen. iudic. additio. §. primo in principio. potest etiam coram seculari iudice proponi, vt no. gloss. singu. in lege prima. C. de iuris. & factiigno. & capitul. j. de exceptio. in vj. & docto. in c. intelleximus. de iudicio. Hoc tamen non seruatur in curijs laicalibus huius regni secundum Ioannem Fabri. in §. finali, institu. o. de cura. Sed vnde tantus abusus processerit. ignorat Guliel. Benedict. in repet. c. Raynutius. in versic. mortuo. in j. numero. cclxxxij. de testa. & Auf. in decisio. capellę Tolosa. quæ cxxxiij. & clxxxix. & ibi decidit an excommunicatus possit mentionem de occultis impetrare. hanc consuetudinem reprobat subtilis Petrus de Bellaperti. in l. placet. C. de sacrosanctis eccle. addit. ad Vber. de Bonacurso. in rubric. quibus modis examen iudi. ordi. declina. & text. de iure ciuili loquentes de excommunicatione, vide per Barbat. in clemen. vnica collatio. ij. eodem titul. & vltra eum text. in l. hi qui sanctam. de apostа. gloss. in capitu. vno. quo tempore miles inuestituram petere debeat. Executio tamen bene potest fieri aduersus monacum, & alium virum eccl. siasticum in sua temporalitate fructibus pendentibus, & in reditibus nondum receptis vt dicit Ioannes Masueri. in rubrica de executio. in uer. item creditor. & hoc vidi multoties practicari: ideo bene no. Idem in exceptione vsurarum. capitu. præterea. & per totum, de vsur. quod intelligi verum si super iure contentio oriatur. secus si super facto: quia tunc iudex laicus erit competens, secundum Bart. Ias. Hercula. & alios in l. Titia. ff. soluto matri. Bartol. alios in l. quories C. de iudic. Bartol. in l. ij. ff. de iurisdict. one omnium iudicum licet multi Cano. referuntur in cl. dispendiosam. de iudi. Potest tamen iudex laicus excipienti statuere tempus intra quod se præsentet excipiens coram iudice ecclesiastico, non tamen quod probet, secundum Vicen. in l. ij. numero. vj. de re iudicata. ff. vide. Alexand. consil. xcj. in 2. volu. Et an arbitrator possit de vsuris cognoscere, & quę requiratur antequam iudex ecclesiasticus possit inhibere iudici seculari: vide per Alexand. consil. ix. in iiij. volum. Idem exceptione hæresis c. ad abolendam & per totū, de hæreti. &c. vt hi inquisitionis. de hæret. in vj. Alias exceptiones vide Per text. & ibi not. in clem. dispendiosam. de iud. c. cum sit generale. de foro competen. & in locis supra allegatis.

6 Mixtæ sunt quæ tam coram seculari, quam coram ecclesiastico iudice proponi, & probari possunt: & de his tam vnus, quam alius cognoscit: vt exceptio sacrilegij. glos. in dicto. capitu. cum sit generale. Idem in exceptione iuramenti. vt obseruetur: quia tunc est mixti fori. de seculari patet in c. licet mulieres de iureiuran. in vj. de ecclesiastico. in capitu. fin. de foro competen. eodem lib. idem tenet Alexand. consilio. xxix. numero iij. in iiij. volu. idem Feli. in c. ij. numero. xxviii. ver. iij. conclusio. de rescriptis. & melius per Alexan. consi. li. in 7. vol. Exceptio adulterij est etiam mixti fori. de seculari patet in c. cum sit. & ibi Doc. de foro competen. & ibi vide alias. & in l. quoties. C. de iudi. & in d. l. Titia. Idem quando agitur. de reparatione ecclesiæ: nam & ecclesiasticus, & secularis est competens: per text. in l. hæreditas. ibi, principali, vel pontificali. de peti. hæred. ff. & Benedic. in repeti. c. Raynutius. in uer. ff absque in ij. numero. 35. in substitutione fideicommissaria. de testa. Alexan. consi. 170. in ij. volu. & in stylo parlamen. Tolosa. in parte quarta attesto. 237. & ibi in additio. Notandum est tamen quod si laicus vulnerat clericum, vel verberat, crimen est mixtum, secundum Ioannem Baptistam in repe. l. cunctos populos. col. 13. de summa trini. C.

7 Seculares, quæ ad cognitionem iudicis secularis spectant: & de his iudex ecclesiasticus non se intromittit, vt si agatur actione reali, & inter laicos (idem tamen in clericis) coram iudice ecclesiastico. nam potest excipi, vt coram iudice laico agatur: per text. in c. quo iure viij. dist. & c. cum deuotissimam. iuncta subscriptione, quæ reginæ Galliæ dirigitur: & illa de possessione cognouit & ca. seq. ibi, & vestra regia dignitate. xii. q. ii. Et quicquid sit de iure, in Francia tamen obseruatur clericos in realibus conuenientes coram seculari ex consuetudine tanti temporis cuius memoria non est in contrarium. secundum Ioannem Fabri. authen. statuimus C. de Episcopis & clerici. & in §. fi. institu. de satisda. Pau. in c. qualiter. de indi. patruus meus Ias. rebuffi. in l. viros. de pala. sacra. largi. libro. 12. Auf. in repetitione. cle. primæ de offi. ord. collatio. 76. in parua impressione. Idem tenet Benedic. in rep. c. Raynutius. in versi. & vxorē numero. 431. de testamē. & in magna consuetu. dine. in rubri. (Des cas qui peuuent toucher le Roy, & Leuesque) versi. si official. & Ioan. masuer. in rubric. de iudicibus. in principio domi ius meus, & conciuis. d. Nico. Boer. in consuetudine Bitur. in §. 26. de iurisdictione omnium iudicum. & de hoc fuerunt prolata multa aresta: vt habetur in stylo curiæ parlamenti. Tolosa. in quarta parte. aresto. 15. & 21. imo capitulum sancti Maximi fuit in ducentis libris condemnatū: quia de actione reali cognouerat: ut habetur ibidem aresto. 176. & in quæstio. per aresta. quæstio. xliij. vbi Parisiis fuit per suprem am curiam pronuntiatum anno. 1384. & idem quæstio. 179. aresto. vltimo. Item de omni crimine priuilegiato: vt læsæ maiestа. falsæ monetę, saluæ guardiæ. & portus armorum, & alijs similibus secundum Benedict. vbi supra numero. 435. & ample Ioannes Feraldus in tractatu. de iuribus, & priuilegijs regni Fra. corum per totum, Maxime decimonono priuilegio vbi multa allegat. & Cigaul. in tractatu suo de bello Italico, in c. regali, Errant tamen aliqui iudices seculares uolentes quoslibet clericos punire pro portuensis, vel quorumlibet aliorum armorum, cum non committāt crimen portus armorum, sed in magno consuetudin. declaratur tunc committi illud crimen in rubric. (des droiz royaulux:) versicu. (Item auront lesdiz baillifz, & lieutenans & non aut res la cognossance punition, & correction des crimes de lese maieste, port darmes notables, qui est a entendre quandil. auront compagnie de gens garnis dautres armes, que despees, coutea ulz, ou batons &c.) & in versi. (Iē pluſieurs.) in rub. (de gens non maries.) & Feraldus vbi. dicit. tunc committi quando villa & villā, dūscastris & aliū cū armis. & coadunatione gentiū: nō tñ si duo se verberant: quod bene no. & de crimine priuilegiato vide in q. per aresta. quæst. 177. aresto. 11. & in stylo parlamenti Tolosa. in vij. par. rub. de accusa. ordina. 10. idem in petitione Laudimiorum secūdum do. Bar. de Cassa. in consuetudin. Burgun. in rubrica, (des censes.) in §. j. in gloss. j. numero. 9. & seq. idem dicentem in arreragijs: vt habetur in quæstio. per aresta. quæst. l. ied contrarium fuit dictum Tolosæ: vt in eius stylo continetur, aresto. 49. ideo concord. quod quando promissio arreragiorum interuenit: quia reus promisit dicta arreragia soluere tunc iudex ecclesiasticus cognoscit: & ita intellexerunt domini consiliari Votosani & Parisienses: vt habetur in quæst. per aresta. quæst. 87. Secus si aliqua promissio non interuenerit: quia tunc solus secularis cognoscit. & ita intelligitur. quæst. l. arestorum Parisijs hoc tenet Ioannes Masuer. in rubric. de iudica. in principio & casus in quibus gentes regiæ cognoscant. contra clericos, ponit. dict. Bartho. de Cassa. in consuetud. Burgund. in rubric. (des iustices.) in gloss. (& droictz dicelles nu. cj. & §. v. gloss.

v. gl. (Sil na grace.) numer. 8. cum seq. & Aufr. in suo tract. casus in quibus iudex secularis &c. & an clericus possit banniri per secularem iudicem Ioan. Galli. vbi. 3. quæst. lxvj. & trib. modis dicitur negotium seculare: vt tenet d. Cassa. in rub. (des iustices.) in §. vj. gloss (messieurs.) numer. 32. Idem si seruientes regij verberentur, vel, hostiarij parlamenti officium exercendo: quia tunc curia suprema cognoscit. & in materia prouisionali secundum Vinc. Gigaut in alleg. suis in versi. capitulum regale. quod ego intelligerem quā do essent seruientes curiæ supremæ, vel ostiarij, vel officiarij, vel executiones facerent pro eadem curia: alias secus per supra dicta.

8 Tertia succedit. & principalior diuisio. quòd exceptionum quędam sunt dilatoriæ: quædam anomalæ. quædam mixtæ, & quædam quasi peremptoriæ. Dilatoriæ sunt, quæ actionem differunt. l. secunda. § fin. eod. & in §. appellantur & ibi Docto. insti. eod. & in duplici differentia reperiuntur: quia quædam sunt meræ dilatoriæ. quædam iudicij declinatoriæ. ita gloss. in ca. si quis Episcoporum. iij. q. vj. Petrus de Ferra. in practica sua in forma responsionis rei conuenti. in versicu. saluis alijs exceptionibus. & in his quomodo fit concludendum scribit in d. exceptio.

9 Dilatoria mera est dilatoria solutionum: vt si fecisti mihi pactum de non petendo vsque ad certum tempus: si ante petis. habeo exceptionem per quam possum solutionem differre. l. tertia. §. primo. ff. eodem. vel si simē cōdemnatus in actione personali, & ante quatuor menses conuenior, possum per exceptionem differre solutionem vsque ad quatuor menses. l. secunda. & l. debitoribus. ff. de re iudic. & ibi Docto. l. secunda. C. de vsur. rei iudicatæ. c. quod ad consultationem. de sen. & re iud. idem in dote quando in pecunia cōsistit. l. vna. §. exactio. C. de rei vxo. & Specul. eodem titu. §. nunc videndum. in principio. & quando ante tempus petitur, inducię temporis testantis debent duplicari. per textum, & ibi est communis opinio docto. in §. sed hodie. insti. eo. docto. in l. iustas. de iure fisci libr. x. C. Vber. de Bonacurso in rubr. quibus modis suo nomi. agen. ciuiliter. & ibi additio. ad eum ponit quatuor limitationes in versicu. impediuntur vide Aufre. in decisio capel. Tolo. quæstio. cclxxix. & Præpo. in cap. ex parte. in secundo. colum. iij. de appellat. Et istas quis debet proponere ante litem contestatam: sed eas non tenetur probare nisi intentione actoris fundata. l. exceptionem. & ibi Docto. C. de proba. l. si quidam. C. de exceptio. capitu. primo. de liti. contesta. in vij. quod intellige. & declara, vt per additio. ad Vber. de Bonacurso in rubric. de impedimen. & exceptio. ver. attende tamen. & si opponens exceptiones in harum probatione deficiat, poterit statim in expensis condemnari: per textum & ibi Docto. maxime Philipp. in tj. not. in capitul. primo. verficulo si quis igitur. eodem titul. in vj. Et si non sint oppositæ in causa principali, in causa appellationis opponi possunt minime, secundum Felin. in capitul. cum Ioannes numero 29. de fide instrumento. nisi redderent iudicium retro nullum. secundum Philipp. in capit. licet colum. secunda. de appella. in vi. & alijs casibus positis per Felin. in cap. ad audientiam. in ij. numero 13. versicu. omittens dilatoriam. de rescrip. Quia pars litem contestando dicit se velle litigare, vel se velle præsumitur, cum nihil dicat contra ingrediendo negotium: sed dilatorias proponendo dicit se nolle litigare, saltem tacite, cum veniat ad iudicium differendum: & sic ex propositione istarum post litem contestatam resultaret quædam contrarietas. c. cum causam. & ibi not. de appella. merito tanquam sibi contrarius non debet audiri. per text. in capitu. solicitudinem. de appella. in l. vbi repugnantia. ff. de regulis iuris. l. Titia. ff. de conditio. & demonstratio. Panor. in capit. exceptionem. numero 10. de exceptio. Limita tamen quod diximus, videlicet, quod ante litem contestatam proponantur in nouem casibus positis per Alexand. in l. ita de mum. C. de procura. & ibi Ias. multos alios addit. & Fely in capitul. exceptionem. & ibi alij eodem titul. Domini. & Ioann. de Turre cremata in capitu. si quis Episcoporum. in ij. quæstio. sexta. Anto. de Tremolis in additio. ad Vber. de Bonacurso in rubrica de impedimen. & exceptio. quæ contra rescript. versicu. & est sciendum. & Petrus de Bellapertica in suis quæstioni. quæstio xxvij. Alexand. in l. si mulier. ff. soluto matrimo. Et si iudex denegauerit eas admittere, habet pars appellare: alias eas non potest amplius proponere etiam si protestatio interuenit, contra gloss. in capitul. ex conquæstione. de restitutio. spoliato. quam reprobant Antoni. de Butrio, Areti. & alij. in capitul. tam literis. de testibus do. in capitul. in primis. §. quia igitur. secunda. quæstion. prima. addit. ad Vber. in loco proxime allegato. versiculo, & quid si iudex. Præpo. in capitul. ex parte. in secundo. columna secunda. de appellatio. Si tamen contineret notoriam falsitatem, non esset per iudicem admittenda: per gloss. & ibi. Docto. & Philip. in capit. statutum. in principio. in verficul copia de rescriptis. Et breuiter nota quod omnis exceptio quæ non perpetuo, sed ad tempus impedit, est dilatoria: vt tenet Bar. in l. iij. ff. eodem. & Nico. milius in reper. in verfic. exceptio ordinis. Formam proponendi vide per Spec. in titulo eodem. §. viso. versi. & nota quod omnes dilatoriæ.

10 Aliæ sunt declinatoriæ iudicij: & istæ etiam sunt dilatoriæ: per gloss. in l. tertia. ff. eodem. & in l. Pomponius. §. ratihabitionis. ff. de procuratoribus. Panormi. in capitul. pastoralis numero. 15. & Felin. columna quarta. eodem titu. Do. in capitul. vt circa. verficul. alioquin. de elect. in vj. Præpo. in capitul. si duobus. columna quinta. & sequen. & capitul. interpositа. de appella. Et istæ debent proponi, & probari ante litem contestatam: quia natura earum (paucis exceptis) nō est. reddere iudicium. inutile postquam est fundatum, secundum Baldum in l. exceptionem. numero 33. C. de probatio. nec iudex potest eas reseruare post litem contestatam, nisi de expresso consensu partium quia iudiciarium ordinem non potest mutare secundum Alexandr. consilio clxxxij. in sexto volumin. Areti. consilio lxxiij. vide Aufre. in decis. capel. Tolosa. quæstione clxxx. Et hæc est multiplex, numerum vnde culplex. vt in arbore patet, & infra declarabitur. Cautela tamen est si velis excludere aduersarium ab opponendo istas, vt facias interrogari eum per iudicem an velit litigare: & si respondeat quòd sic, amplius non poterit declinatorias opponere. & hoc si sciebat sibi competere: vt tenet Capo. in cautela. cxx. & cano. per illum textum in principio. de iudic. & melius in versicu. exceptio declinatoria iurisdictionis. Sed vt te defendas ab ista cautela, constituas procuratorem ad respondendum saluis exceptionibus tuis: vel potestatis respondere saluis exceptionibus. & hoc tenent Docto. in capitul. primo. de iudic. & ibi do. de ripa. Notandum est tamen quòd si aliquis se submittat parere mandatis curiæ, non poterit iudicium declinare, secundum Paulum, & alios in l prima. ff. si quis in ius voca. non iret. & illa submissio quam faciunt cotidie capti se submittendo misericordiæ curiæ, non valet, nisi fiat ei misericordia: & ideo appellat, & omnia agit tanquam non esset submissus, exceptis declinatorijs. per textum. & ibi Docto. in ca. fane. de renuncia. Corset. in repetin. versicu. verba ista. Guido Papæ in suis decisi. quæstio. cccxcv. & ibi vide de alijs submissionibus. & in capit. veniens. ibi, se gratiæ capitu. commississe. de renuncia.

11 Prima competit ratione iudicis: & hoc tripliciter. Primo respectu amoris vbicunque verisimile est ex coniecturis quod vna pars sit magis dilecta, quam altera: & tunc iudex rec ntatur, vt tenet Antonius de Butrio in capitul. postremo. & ibi Præpo. columna tertia. de appella. & not. in c. accedens. in secunda. vt lite non contesta. c. ad hæc. de rescrip. cumeus actoris: nam poterit iudicium declinare, per textum. in l. qui iurisdictioni. de iurisdictio. omnium iudicum. ff. & ibi Doctor. & hoc in lxxv. casibus positis per Præpositum in cap. postremo. de appella. Secundo respectu odij. quando apparet. quòd iudex alteram partem odio prosequitur. cap. cum super. & ibi gloss. & Docto. de offic. deleg. Tertio ratione indifferenti & non ratione odij. vel amicitiæ sed alia ratione: vt quia iudex est infam's, excommunicatus furiosus. l. neque famosis. C. de digni. libro xij. etiam infamia facti. l. secunda. ff. de senta. doct. in capi. fcisicatus. de rescript. & l. cum lege. ff. de arbitr. l. quidam. de re iudic. & l. eum prætor. ff. de iudic. & primus actus. debet esse legitimatio iudicis & prius in eum debet opponi. secundum Felin. in capitu. inter. columna secunda. & seq. de re iudic. & Vber. de Bonacurso in rubric. de recusa. in versi. & quanquam. & it in addi. ad eum Philip. in cap. si contra vnum & capit. iudex. de offic. de leg in sexto. Si tamen exceptio suggillat, seu notat famam iudicis, seu honorem: vt quia opponitur quod est infamis, vel seruus: tunc superior de illa cognoscit, vel arbitri eliguntur, secundum Bartolum Alexand. & alios in dicta l. quidam. ff. de re iudic. & Canono. in capit. cum super. de offic. delegat. & in capitul. super literis. de reno. in capit. cum literis. secundum Felin. in capitu. inter. columna secunda. & seq. de re iudic. & Vber. de Bonacurso in rubric. de recusa. in versi. & quanquam. & it in addi. ad eum Philip. in cap. si contra vnum & capit. iudex. de offic. de leg in sexto. Si tamen exceptio suggillat, seu notat famam iudicis, seu honorem: vt quia opponitur quod est infamis, vel seruus: tunc superior de illa cognoscit, vel arbitri eliguntur, secundum Bartolum Alexand. & alios in dicta l. quidam. ff. de re iudic. & Canono. in capit. cum super. de offic. delegat. & in capitul. super literis. de renono

Universidad de Deusto
Biblioteca

secunda.numero 5.de bonorum. possef.contra rabul.C.Iaſ.in l.vniuerſa.C.de preci.imper.offer.& in l.ſcimus.C.de inofficioſo teſta.Tho.parpaliæ in repe.l.ſi quis major.xij.no.de tranſa.& Tenebuntur tamen tales conuenti promittere & coram ſuo iudice ſe præſentabunt.l.ſecunda.§. ſed ſi dubiterur.ff.de iudic.Hodie tamen non competit hæc exceptio ſi conueniantur in curia Romana:vt tenent domi.de Rota, dec.cxvij. in antiquoribus.Alia quæ poſſunt opponi contra reum, vide per Spec. in titul.de reo per totum & Vber.in rubr.quibus modis exa.ordi.iudic. cer.ſtione rei. Poteſt etiam opponi miſta conſideratione:videlicet iudicis & actoris,vel iudicis,& rei:per tex.in l.Iulia.ait ſi alter.ff de iudic. & Vber.vbi.ſup.verſi.ſi.ſed intendo cum ſuperioribus ſimplicibus comprehendere licet miſtum ſub ſimplicibus regulariter non comprehendatur,per gloſſ.& doc.in l.ſecunda.ff.de verborum obligatio.Angel.& Ioſon.in §.primo.inſtitu.de actionibus.Auber.in tracta.ſtatu.in quæſtio. xxix.& xxxij.in ſecunda parte.Alex.ued. conſilio cxvj in ſecundo volum.& conſil.lxxxj.in tertio volum.& Ioan.de monte Ferrato in rep. l.Gallus.§.& quid ſi tantum.colum.xx.& ibi,Form.ff.de liber. & poſth.

14 Aliæ competunt rationi ſyndici,vt ſi forte aliquis tanquam ſyndicus agat in cuius cõſtitutione non fuerunt inſerta legitime nomina conſtituentium in inſtrumento:prout debet fieri l.final.& ibi Bartol. & patrius meus Rebuffi.de vendendis rebus ciuita. libro.11. C. Bartol.in l.finall.de præd.curia.libro decimo.C.niſi eſſent tot conſtituentes qui non poſſunt in pelle pergameni deſcribi: quia tunc ſufficit quod notarius opponat quod maior pars,vel ſanior conſtituit:ſecundum Ioan.Fab. in §.finali.inſtit.de cura.Alexand.conſilio primo.in quarto volumi.Barto. in l.prima.de Albo ſcribendi.ff.Sal.in l.prima.de rebus eorum qui ſub tutel.vel cura ſunt & in l.ciuitas.ſi certum petatur. Item poteſt opponi quod eſt conſtitutus à concilio non congregato tuba, co nu,campana, vel nuncio ad hoc ſpecialiter deputato ex prioris commiſsione, vel ſuperioris regentis collegium vel vniuerſitatem.gloſſ & ibi Doctores in l.ſecunda.de decur.libro x.& in l.actuarios.de octua.libro xij.C.vel opponitur quod non eſt conſtitutus à duabus partibus,vt oportet.l.nulli.ff. quod cuiuſque vniuerſita.no.l.pline.de decre.ab ordine faciendis.& l. nominationum. de decurio. libro decimo.C.Alexand. conſilio ccx.in princip.in ſexto volumine.Alias exceptiones quæ poſſunt opponi contra ſyndicos,actores,& œconomos.vide per Nepot.vbi ſupra cap.contra procuratores,ſyndicos,actores,& œconomos. Vber.de Bonacurſo in practica ſua,in rub de excep.opponendis ſyndicis vel actoribus.Spec. in tit.de ſyndico.canonicis in cap.vno de ſyndico.An in §.præterea.ſæpius allegato col.xvij).& dominus Bar.de Caſſan. conſue. Burgun.in rub.(de foreſtis).§.vj.in fi.

15 Ratione procuratoris aliæ opponuntur: & iſtæ procuratoriæ vocantur.l.tertia §.procuratoriæ.ff.eodem.§.præterea.in ij.inſtit.eodem. & ſeptem modis poteſt opponi.Primo reſpectu conſtituentis:quia à minore vigintiquæ annis eſt conſtitutus ſine curatore.l.neque. C. de procura.Secundo ratione emolumenti conſtituitur: quia miles,ſurdus,mulier.l. filiusfamilias.§.milites.& l.mutus ff. de procura. Tertio reſpectu actionis:vt quia eſt criminalis,in qua non poteſt procurator interuenire.l.penultima.§.ad crimen.ff.de publicis iudic.literarum.§.publice.ff. de procura.quod eſt verum quando reus non eſt captus:ſecus ſi detineatur in carcere,ubi quia tunc procuratorem conſtituit ad ſe defendendum: vt tenent Barto.& Imol.in dicto §.ad crimen.& Philip in capitul.primo. numero 6.de iudiciis.in ſexto.& domi.de Rota in deciſio.ccj.in nouis. & vide dominum Barto.de Caſſa.in conſuetu.Burgundiæ.in rubr. (des droicts &c.)in numero 2.§.v gloſſa(es droicts.)Item poteſt procurator reiopponere exceptiones impedientes proceſſum:vt quod libellus inquiſitionis non procedat:vel quod iudex non poteſt inquirere, vel actor accuſare,& ſimiles,ſecundum Barto.in d.§.ad crimen.Alexand.in conſilio cxxxvij.columna finali.in ſexto volumine Hodie verò in regno Franciæ nullus admittitur ad accuſandum criminaliter:vt tenet dictus Benedictus in verſic.& mortuo.in primo numero 200.de teſtament. excepto procuratore regio ſecundum eum,qui eſt magnus magiſter:vt Ioan.Fab.attestatur in §.finali.inſtit.eodem. Quarto opponitur de cautione non præſtita:vt l.Pomponius.§.ratihabitionis.ff. de procuratoribus. Quinto ratione formæ:vt quia non eſt conſtitutus ad defendendũ, ſed agendum ſecundum Specula.in titul. de procuratoribus.§. ratione autem formæ. Sexto ratione officij,vt ſi tutor, vel curator contra pupillum vel adultum ſuum actionem ſuſcipiat,vel ceſſionem illarum:vel conſtituatur procurator nam poterit opponi contra:vt in authentic.vt hi qui obliga.ſe habe.perhibent res mino.in princip.columna ſexta.l. frater.& ibi not.ff.de condi.indebi.l.latius ff.ſi ſeruitus vendicetur. Septimo ratione cauſæ:vt ſi conſtituitur a maſculo ad ætatis veniam impetrandam,vel ad actionem popularem:vel ſi eſt procurator generaliter conſtituti, & in integrum reſtitutionem petat: vel velit intentare interdictum. de liberis deducendis.in quibus non ſufficit mandatum habere generale.l.ſecunda.de his qui veniam ætatis impetra.C.& l.ſecunda. de publicis iudic.l.licet.C.de procuratoribus,hoc ſequitur Vber.de Bonacurſo.in ſua practica.rub.de except procurato.per totum.& ibi vide alias quæ contra procuratores poſſunt opponi:& per Nepo.vbi ſupra capit.exceptiones contra procuratores.Specu.in titu.de procuratoribus. Ang.adæpe allegato.§.præterea.in ſecundo. columna. xvij. inſtitu. eodem gloſſ.in capitu.primo.in verſiculo abſentia.de electio. in ſexta. & ibi doctores.vide Alex.in ſuis conſilijs.conſi.lxxij.in iij.volu.& conſil. lxj.in v.volumi.

16 Aliæ competunt ratione reſcirpti: vt ſi quis impetrat reſcriptum ſuper obligatione antiqua,vel actione,quæ ante reſcriptum competebat,poſſunt contra reſcriptum exceptionem opponere: & dicitur dilatoria:quia licet reſcriptum perimat, non tamen obligationem, vel actionem antiquam.ſi vero ex reſcripto actio oritetur, vt quando ſuper beneficijs impetrantur reſcripta:ſi exceptio contra reſcriptum opponatur,dicitur peremptoria gratiæ.vt tenet Specul.in §. dicto. verſicul. ſed quæro de exceptione.eodem titulo.& Hoſtien.in ſumma huius tituli.§. quæ ſit exceptionum.verſicul quædam contra reſcriptum. Notandum eſt tamen quod contra reſcriptum variis modis poteſt excipi. Primo ratione falſi:vt capitu.ad falſarium.& capit quam graui.&,per totum,de crimine falſi. Secundo ratione formæ: quia non eſt impetratum ſecundum formam,vel ſtylum curiæ: nã in illo Papa vocat Epiſcopos filios, vel Reges fratres,vel ſe ponit in ſingulari:vt ponitur in dicto capitulo, quam graui. Tertio ratione impetrantis: vt quia ſeruus.l.prima.C.de precibus impera offeren.vel excommunicatus capitu.primo.de reſcriptis.in ſexta. Quarto ratione eius contra quem impetratur: vt ſi impetratur contra priuilegiatum non faciendo mentionem de priuileg.cap. cum ordinem.& ibi Doctores.de reſcriptis gloſſ.in capitulo primo.dilo titul.vel ille contra quem impetratur, erat mortuus.l.penultima.ff. quæ ſententiæ ſine appellatione reſcinduntur. Quinto ratione eius ad quem impetratur:vt quia impetratus non eſt in dignitate,iuxta text.in capitu. ſtatutum.de reſcriptis.in ſexta.vel eſt excommunicatus.in capitu.intelleximus & ibi doctor.de iudic.in capitu. decernimus de ſenten excommunicatio.in ſexta. Sexto ratione taciturnitatis: quia defectum natalium tacui:vt in titu.de fil.presbytero.vel aliud quo expreſſo literas non obtinuiſſet.capit.ſuper literis.de reſcript.vel non ita de leui.cap.poſtulaſti.in fin.illo.titu.Septimo poteſt opponi contra reſcriptum ratione cauſæ:vt ſi eſt obtentum à principe ſeculari ſuper decimis.vel econtra cap.licet & capitulo ex tenore.& ibi doctor.de foro competenti. Item cauſæ continentiam diuidit,contra.l.nulli.C.de iudic.& capit.primum. de cauſa poſſef.Et iſta continentia poteſt tripliciter opponi. Primo ratione actionis:vt quia eſt generalis multa comprehendens capita:vt tutelæ,pro ſocio,negotiorum geſtorum:vt dicit gloſſ & docto.in dicta l. nulli. Secundo ratione perſonarum:vt quia ſunt plures ſocij, vel plures hæredes indiuiſi:nam vnus coram vno iudice non poterit conueniri,& alius coram alio.l.prima.& ſecunda. ff.de quibus rebus apud eundem iudicem agatur.& habet locum ille titulus non ſolum in ciuilibus: ſed etiam in criminalibus ſecundum Iaſon dicta.l.nulli.Et ideo quam cautelam ponit Tho. Ferra. in cautela. x.& Hippol de Marſilijs in ſingul. clxxx.& reſert domi. Caſſ in conſuetu.Burg.in rubr (des iuſtices.) in §. quinto.in gloſſ (Sil na grace.)numero 70 & Felin. capitul. primo. numero 6.de reſcript hoc plane ponit multa allegando, & ordinate more ſuo dominus meus , & concius domi. Nico. Boe. in conſuetu. Burg.in §.x.de iuriſdictio.omnium iudicum.quod ſi plures vulnerauerunt, vel interfecerunt vnum, ſi vnus illorum ſit clericus, omnes iudici eccleſiaſtico ſunt remittrendine cauſæ continentia diuiduntur: & dicit dominus Caſſa.vbi ſupra vidiſſe hanc cautelam in ducatu Mediolani obſeruari in caſu emergenti:& eſt cautela pro amico. Tertio ratione ſubiecti, vt quando duo iudicia ad eundem finem tenduntvt poſſeſſorium, & petitorium:nam iudex poſſeſsionis facilius expediet petitorium quam alius,ſecundum gloſſ.& ibi Ioann.Roge.in dicto capitulo primo.de cauſa poſſef.& Vbert.de Bonacurſo in rubric.de impedi:& exceptio. quæ contra reſcript.verſicul.vel quod &c.& ibi addi.ad eum. Alia quæ contra reſcriptum poſſunt opponi ibi vide,& Nepo.vbi ſupra,in c.j Spe.in tit.de reſcrip.præſentia.per totum.Ang.in prædicto.& præterea colum. quarta. Formam pronunciandi ſuper iſtis exceptionibus vide per Spec. eodem titulo.§.viſo.verſicu præfixo.ibi forma interloquendi & Vbert. vbi ſupra.

